In Archivo Collegii relinquuntur in parata pecunia, ad ipsum et solum Collegium pertinente. Inprimis Aurei numo. 1111. qui, prout in Rationibus positi semper aestimabantur hactenus, ita etiam nunc aestimati, faciunt fl. — 18294. 14.

Caeterum, si aestimarentur, prout nunc secundum Constitutionem Regni aestimari debent, facerent florenos currentis fl. 19998.

(Mihi quidem R. P. Antecessor meus reliquerat aureos numo. 2530. Sed ex his, alii pertinebant ad Fabricam Collegii, alii ad Bibliothecam, quos à pertinentibus ad Collegium ipsum ego separavi.)

2do. relinquuntur Imperiales solidi 300. qui fac: fl. — 2400.

3tio. mille Tymfones, qui prout nunc aestimantur, faciunt fl. — 1266. 20.

4to. in solidis relinquuntur — — — — — fl. — 1086.

Praeterea in varia moneta. — — — — — fl. — 115. 26.

Huc pertinent fl. 614. apud M. Dnum Przedworski, ad coëmendum ab eo frumentum pro braseis Collegii, depositi. Item Tymfones 598. seu floreni currentis 757 – 14. apud Patrem Riccium residui, ex missis illi pro comparandis Gedani rebus, Collegio nostro necessariis. faciunt simul — — fl. — 1371. 14.

Huc item pertinet Resta mensis Februarii apud P. Ministrum, scilicet fl. 160 – 6. Item Resta ejusdem Mensis apud pagorum Curatores. nim: apud Jeziorcensem, fl. 184 – 14. Siekiercensem, fl. 283 – 15. mechlinensem, fl. 224 – 18. Item apud Curatorem Horti Resta pecuniae, ex rebus horti venditis collectae, flor. 254. Faciunt simul — — — fl. — 1106. 23.

Summa — — — 25641. 7.

Praeter memorata relinquitur adhuc Contributio Hiberna (ut vocant) pro Anno 1718., à Subditis collecta, sed hactenus non reddita, quia non exigita, scilicet fl. 995 – 24. Et pro deputato ad illam recipiendam, flor. 33 – 6. Faciunt simul flor. 1029. Continentur in aureis 57. et flor. polonicis tribus.

In Creditis relinquuntur.

(praeter Credita antiqua, de quibus in Resignationibus Superioribus.)

	fl.	gr.	fl.	gr.
Apud R.P. Casimirum Ostrowski Rectorem Collegii Luceoniensis Tymfones 100. quos mutuo sine abiens ad Rectoratum accepit. faciunt currentis — — — — fl.	126.	20.		
Apud M. D.num Konarski, Parentem nostri Magistri, aurei 24., quos mutuo accepit anno 1718. 2. Nov. faciunt — fl.	432.			
Apud R.D.num Zaremba tymfones 150. Ante annum jam pridem elapsum acceperat mutuo tymfones 300., quos proximè restituturus erat. Interea medietatem tantùm restituit; alteram adhuc debet, scilicet tymfones 150. seu — — fl.	190.			
Judaeus Grodecensis Factor Teciorrensis Horn dictus, debet adhuc pro vervecibus — — — — — — fl.	360.			
Judaeus Swardzensis Szyja dictus, debet adhuc pro lana. — — — — — — — — fl.	24.			
Marek Judaeus Posnaniensis, praeteritus Collegii Factor, debet (ut testatur ejus Syngrapha) — — fl.	100.			
Provincia seu Vita Communis, debet pro Vecturis et Viaticis Scholasticorum, ab ultima Congregatione ad Annum 1719. inclusivè (ut ex Libro Viaticorum constabit) — — fl.	300.			
Alia domicilia, pariter ratione Vecturarum et Viaticorum, debent simul (nam quantum unumquodque in particulari debeat, Liber Viaticorum docebit) plus quam — — — fl.	1460.			
Praeter haec, Fabrica Templi debet Collegio (ut videre est in Rac. Fabricae dictae) fl. quod debitum Subscripsit R.P. Visitator. Vide Rationes Fabr. Templi, immediate ante Annum 1717. Videatur et Resignatio Patris Miaskowski prima, facta Anno 1706.	11000.			
Summa fl.	— —	—	13992.	20.

In Rebus ad propriam Consumptione Spectantib.

Relinquuntur (praeter ea, quae hebdomadatim ex pagis extraduntur)

Boves pro culina 16. (sunt inter Curatores pagorum distributi.) Porci 4. qui in Collegio saginantur. Salis 8 dolia. mellis dolium majus, vulgo oxeft. Item semialterum minus. Casei Hollandici 6. Candelarum Sexagenae 28. Sevi lapides 15.

In Cellario relinquuntur Vini Ungarici dolia 3. Sed unum jam est inchoatum. Vini Gallici dolium majus, vulgo Oxeft, et alterius 3tia pars. Vini Hispanici veteris antale. Vini Frontiniak (an muszkatela?) item antale. mulsi dolia 3. Cerevisiae dolia 23.

In aromatibus. Croci librae 2. Saccari Kanaru głow 18. Vitrioli lapis. Piperis lapis 1½. Zinziberis lapides 2. Cariophilorum libra 1½. Cynamomi librae 2. Nucum myristicar. libra 1. Macidis lib. 1½. Uvarum passarum majorum, lapides 2. minorum, lapis 1½. Amygdalorum lapides 2½. Oryzae, lapis 1½. Conservae rosarum słojow pułtora. Cumini lapis 1.

In Provisione Quadragesimali. Halecum hollandicarum dolia 4. Anglicarum 3. Dolium majus anguillarum Salitarum. Duo vascula muraenularum, seu minogow. Munaticorum seu Sztokfiszu, sztuk 220. Prunorum siccorum quadr. 2. Liborum minorum, vulgo Katarzynki, pudło. Majorum ad condimenta, aliàs miodowniku, taśli 5. Nucum Italicarum dolium medium. Ex 8. Sexagenis Carpionum in Silesia emptorum, adhuc circiter 4. Sexag. supersunt in Piscinis Piotrovienibus. In iisdem piscinis, est praeterea aliorum Carpionum aliàs emptorum copia ad justum tempus suffectura, praeter multitudinem magnam minorum.

In Braseis et: pro cerevisia. Braseorum ex tritico metr. 94. et quadr. 3. Ex hordeo, metretae 54. quadr. 3. Ex siligine metr. 1. Ex avena metr. 4. Lupuli saccus mediocris, inchoatus jam. Tritici pro braseis, metr. 24. Avenae metretae 10. (Praeterea, ut insinuatum supra, apud M. D. Przedworski sunt fl. 614. ad coëmendum frumentum pro braseis.)

In Vestiaria. Panni pro vestibus Sacerdotum, ulnae centum et supra. Pro Theologis 4ti. anni, ulnae 21. et supra. Pro Magistris, ulnae 30. Praeterea panni Gallici ulnae 13. Tuzinku Volumen unum, et ulnae caeterae 13. Panni caerulei Volumen unum. Materyi Włoskiey (ut vocant) volumina 2. Pelles Castoreae 3. Vulpinae 33. Coria expurgata pro calceis 19. Arietina 10. Corium crassius pro calceorum fulmentis. Pro femoralibus expurgata num.o 90. Calceorum paria 14. Crepidarum paria 2. Femoralia 1. Tibialium paria 21. Tapetes 2. Vestes viales pro hieme subductae pellibus lupinis, 4. Smegmatis vasa 2. Indusiorum mutatoria 5. (alia duo parantur actu.) Strophiorum mutatoria 4. etc. etc. Reliqua in Inventario Vestiariae annotata habentur. Pariter, quae in Apotheca, Typographia, aliisque Officinis, illis propria inveniuntur, singulorum Inventaria descripta habent.

Lignorum ad fornaces, Relinquuntur Strues seu cumuli, circiter 75.

In rebus extra propriam Consumptionem,

(quae scilicet vendi possunt, et solent.)

Relinquuntur, Coria cruda, seu necdum expurgata. Bovilla num.o 33. vitulina 56. arietina 5. hircinum 1. In Horto Rosmarini, rubi 30. Siligo Horti vendita est, cujus pretium in Horti sepimentum, aliaque necessaria, convertitur. Superest aliquid de tritico, sed hoc pro parando amylo servatur. Apud Curatores pagorum, frumentum nullum invenitur, ob sterilitatem messis.

Horologia mihi relicta, ego quoque relinquo. Pectoralia 3. Pensile è pariete 1. Mensalia 4. quorum unum est in cubiculo P.ris Rectoris, unum apud P. Ministrum. duo apud Directorem Horologii.

In Archivo duplex habetur Pignus. alterum M. D. Joannis Skorzewski, alterum M. D.nae Jaraczewska. de utroque habetur informatio in Resignatione R. Patris Taczanowski.

Depositum item duplex habetur ibidem, à privatis Personis, me non libenter consentiente, acceptatum. Alterum Perill.is M. D.ni Mycielski Surrogati Judicis Posnaniensis; alterum M. D.ni Joannis Barski.

In eodem Archivo habetur insuper Cista, cum argentea supellectile Congregationis Civium, sub titulo ~~Visitationis~~ Nativitatis B. M. Virginis. Vexilla duo ejusdem Congregationis sunt in Congregatione Maxima Studiosorum.

In Censibus retentis

Relinquitur totum id, quidquid apud Ill^m Mathiam Radomicki Generalem Majoris Poloniæ: quidquid item apud Successores Wyjow: et apud Successores Skoki, in superioribus Resignationibus specificatum est, et insuper quod per quadriennium Regiminis mei accrevit: nam sicut meus P. Antecessor, ita nec ego quidquam à Debitoribus istis extorquere valui.

Pariter nec Curia Posnaniensis quidquam census à Summa 10^m pro annis 10, per quos (antequam Residentia Medereccensis iterum resuscitata fuisset) Summa dicta Coll^o fructificare debuit.

Eadem Curia debet censum pro anno, à Summa 12^m per transfusionem juris, quod Collegium habebat ad similem Summam in Bonis Barcin sibi inscriptam, in Civitatem Posnaniensem; nam transfusio hæc facta est anno 1718. primis diebus Octobris.

Illma Potocka Castellana Rogozinensis, à Summa 2^m in Bonis Sapowice et Strydow, censum debet pro anno uno.

Ill^mus Ludovicus Szoldrski Castellanus Gnesnensis à Summa 3. millium ipsius Collegii, Bonis Karcz inhærente, debet censum pro tribus annis. Dixi: Ipsius Collegii. quia dictis Bonis, non tria, sed septem millia inhærent. ex quibus tamen, nonnisi 3^m ad Collegium pertinent; nam alia 3^m pertinent ad Templum; Septimum autem mille fructificare debet Anniversario Benefactricis M. Dnæ Ursulæ Broniewska. Anno 1718. mense Septembri dedit simul Ill^mus pro tribus prioribus annis possessionis suæ (per medium) à tota Summa 7^m florenos 735. Ex quibus, flor. 315. cesserunt Collegio, et totidem Templo. floreni verò 105. impensi in Benefactricis anniversarium. Debet ergo adhuc pro aliis tribus annis.

Bonorum Kiszewo et Kiszewko Possessores, à Summa florenorum 1500. debent censum pro pluribus annis; nam ab anno 1699. inclusivè (ut annotavit P. meus Antecessor) nihil persolverunt. Præsens Successor Generosus D. Mecislaus Zakinski pro annis Possessiones suæ dedit ad rationem florenos 147. (debet autem pro annis 7. ex decreto Condescensionali.

Possessores Bonorum Branice in Palatinatu Cracoviensi sitorum: item Bonorum Konopnica sitorum in Palatinatu Lublinensi, solverunt hactenus. Priorem censum R. P. Rector Collegii Cracoviensis rogatus exigere solet per domus suæ Procuratorem; Posteriorem verò P. Procurator Jurium Provinciæ, Lublinensis.

Wschovensis quoq Civitas satisfecit quidem etiam hactenus, solvendo censum per medium, à Summa 4^m tymfonum, nontamen sine detrimento Collegii, eò, quod illum non aliter solvat, nisi in aureis, quorum pretium nimis elevat.

Tres Piscatores Slupenses Censum pro festo S. Martini in anno elapso debitu, necdum integrum solverunt. Ioannes adhuc debet fl. 43. Mathias item fl. 43. Stanislaus verò florenos 40–15. Faciunt simul fl. 126–15.

Lesnensis Synagoga debet ratam Paschatis, scilicet currentis florenos 325–24. et tymfones 70. Faciunt simul fl. 412–14.

Posnaniensis Synagoga solvit quidem utcunq secundum defalcationem sibi factam, (Cujus tamen tempus jam exspiravit) sed quia non ab omnibus solvit (ut clarius inferius dicetur) ideo tenetur ad compensandum damnum, quod Collegium propterea per annos 6. passum est.

Pyzdrenses à Summa 700. tymfonum, per annos 9. nihil census persolverant. tandem anno immediatè elapso conclusum cum illis per conventionem initam, ut saltem 300 tymfones darent, quos etiam defacto per suum Plenipotentem enumerarunt.

Debita activa.

Debitum nullum pro Collegio contraxi. Vecturæ et viatica, aliis Domiciliis in Congregatione Provinciali solvendæ, faciunt circiter florenos 420. Sed hoc debitum, facta calculatione cum Prov^a et aliis Domiciliis, quæ ex simili titulo debent plus, quàm fl. 1400. facilè extinguetur.

Contributio Provinciæ per annos Regiminis mei, persoluta est. Persolutus quoq est Census ex Lapidea Templo nostro vicina Plesniewskich dicta, cui plures Summæ minores inhærent. Redditum item est, quod ex censu, qui à Judæis Lesnensibus penditur, tum Templo tum Bursæ Musicorum debebatur pro Anno 1719. Item, quod Fabricam Collegii concernit inclusivè ad Februarium anni currentis ex censu à Summa 20^m apud Synagogam Posnaniensem locata, quodq ex antiquis retentis ab eadem Summa, inclusivè ad tempus memoratum, ab eadem Summa extortum est. Satisfactu et PP. Bernard. pro Sacris ad intent. Ill. Dnæ Bulakowska.

Census, qui à Summa 25^m tymfonum Mechlino inhærente, pendebatur ante, ex consensu A. R. Patris nostri, Fabricæ Collegii nostri, jam nunc, aliter ordinante Patre Nostro actu gubernante, pendi debet Collegio Calissiensi, seu nomine illius Residentiæ Medereccensi ad extinguendum sensim debitũ apud Residentiam dictam, à Coll^o Calissiensi contractum (quousqs non extinguetur plenè.) Utriq per annos regiminis mei satisfactum, inclusivè ad annum elapsum, Fabricæ quidem per duos annos priores, Resideæ verò, seu potiùs Collegio Calissiensi per duos posteriores.

Pensiones quoq ad quas aliqui pagi nostra tenentur (de quibus scilt certò constat, ad illas teneri,) persolutas existimo.

Ad obligationes Collegii pertinet conservatio Sacelli Gostomsciani ad Collegiatam Sredensem erecti; quæ Conservatio per plures superiores annos fere totaliter neglecta, notabilium expensarum, in Rationibus Collegii specificatarum, quas Collegium in illius ex integro Restaurationem, anno immediatè elapso facere debuit, necessitatem imposuit.

Aliquibus ex familia Collegii, necdum salarium totum persolutum esse, tardius intellexi, quod R. V^a persolvere dignabitur.

Status Habitualis Collegii.

Hic, quoad Bona hæreditaria Coll^ii, idem fere est, qui in Resignatione Superiore descriptus est, exceptô, quod Bona Mechlinensia sint notabiliter meliorata, et in aliquibus, etiam aliarum partium pagi.

Summas Censuales, in Superioribus Resignationibus Specificatas, quod concernit, in his aliqua mutatio facta.

1mo Quia ad Summam 4^m, Bonis Pamiąthowo Perillustris M. Dni Andreæ Przyiemski Succamerarii Calissiensis inhærentem, ex qua R. P. Stan. Brzczynski Provincialis malè informatus, millia tria adjudicaverat Collegio, jam Collegium nihil juris habet, sed tota ex integro, ut ante, ad Fabricam Templi pertinet, et pertinebit, ita statuente in relicto Memoriali A. Patre Reinholdo Gert Visitatore: deductum enim clarè, tria illa millia, quæ aliundè levavit olim P. Kopelowski Præfectus Templi fabricæ, et in Fabricam convertit, non fuisse Coll^ii (ut creditum fuit, et in quorũ proinde recompensationem ex dicta 4^m Summa, millia tria Collegio adjudicata

fuerant,) sed ipsius Fabricæ Templi.

2do. Habuit Collegium inscriptam sibi Summam 12m in Oppido Barcin, ab Illmo Gorslawski Castellano Premetensi. Hæc Summa jam non hæret in Bonis prædictis, sed in Civitate Posnaniensi: nam Successores Mgci Dni Szygowski, Bonorum Barcin Hæredes, transfuderunt similem Summam 12m flor. polon. Collegio apud Civitatem Posnaniensem sibi debitam, per commutationem pro Summa in Barcin hærente. in quam transfusionem, per amicabilem compositionem non gravate Collegium consensit ob desolationem Bonorum Barcin; ob quam, etiam à censibus retentis, Juris peritorum consilio recedere debuit.

De Summis apud Synagogam Posnaniensem locatis, Sciendum est, quod non ab omnibus solvat censum, ut in sua Resignatione R.P. meus Antecessor deduxit. In causa est error, ab illo ipso commissus, dum cum Synagogæ Senioribus conveniret, quantum hebdomadatim ab omnibus simul sumptis pendere deberent; quem errorem tum primum advertit, dum mihi Officium resignaturus erat. Ad illum corrigendum, pluries ut Synagogæ Seniores ad se convenirent, urgebat, sed efficere non valuit, illis varias, alias et alias rationes, ob quas comparere non possent, prætendentibus. Idem et ego volui, et quidem ut fieret, ipse R.P. Visitator in Memoriali relicto ordinavit, sed pariter in cassum laboravi. Istud demum effectum est, quod, collatis Syngraphis suis cum Juribus nostris, agnoverint et agnoscant, se ad omnes, à R.P. Miaskowski in ejus mihi facta Resignatione specificatas Summas teneri, seu ad censum ab illis pendendum, unâ exceptâ, Summâ scilicet florenorum mille à Generosa Przystanowska inscripta, quam dicunt, non Synagogæ, sed privatis Judæis datam esse (quod etiam in Nostris libris, me alicubi legisse, memini.) Circa quam, quia Controversia needum soluta est, ideo etiam cessum cum illis negotium needum finem accepit. Sed nec ad alteras Summam flor. item mille videtur teneri Synagoga, siquidem de hac per Pℓem Porajowski levata, Obligationem manu R.P. Miaskowski subscriptam, et sigillo Collegii munitam, præsentant.

Notabiliora, quæ pertempus Regiminis mei accesserunt, sunt Sequentia.

Imo. Accessit Summa Capitalis duplex, sed ad unum eundemq; finem ordinata. nimirum Perillis M. Dna Anna Bułakowska Pocillatrix Posnaniensis, ex Zelo salutis animar. cupiens in alterutra Civitatum Hæreticarum, Wschowe vel Lesna, excitari Nostrorum Missionem, in hunc finem 20m flor. pol. Collegio donavit. Decem millia realiter in manus meas dedit alicubi locanda (voluit tamen, etiam è Nostris paucissimi id scirent, ne id notitiam suorum consanguineorum veniat.) sicut defacto etiam locata sunt Anno immediate elapso mense Septembri, in Bonis M. Dni Lucæ Golemowski in Villa Karniszewo. Alia 10m Benefactrix in omnibus Bonis suis propriis inscripsit, cum provisione in crastino Nativitatis S. Ioannis Baptistæ solvenda. A prioribus autem 10m in Karniszewo elocatis, provisio seu census solvi debet per ratas duas: unam, in crastino S. Ioannis Bapt. Nativitatis; alteram, pro Festo trium Regum. De censu autem, à dictis duabus Summis, ita disposuit Perillis Benefactrix. ut, seposito eo, quod ex illo ad expediendos duos nostros Missionarios ad loca memorata seu alterutrum requiritur, reliquum in Fabricam Collii convertatur. Desiderat autem ut Missionarii ter vel quater per annum, pro majoribus Festivitatibus, ad locum missionis expediantur, etiam à nullo invitati, ibidemq; per justum tempus commorentur, seipsos sustentantes &.

Cum Summa 10m in Bonis Karniszewo locatis, simul eodem tempore in iisdem Bonis, et eadem inscriptione elocata est alia Summa duplex. Una 3 millium ad Bibliothecam pertinens; altera, millium 4. pertinens ad Fabricam Templi. Hujus posterioris Summæ pars maxima, nimirum florenⁱ 3800 (in 3m tynfonum) inhærebat Bonis Dupiewiec Illmi Andreæ Radomicki Palatini Posnan. Unde, ipso volente et urgente, anno 1718 mense Septemb. levata, et in Bonis Karniszewo locanda, P. Præfectus Templi addidit florenos 200. ad complendam Summam 4 millium. Prior verò Summa olim à M. Dna Elizabetha Radziminska in Bonis Maniecki inscripta, et à meo R.P. Antecessore levata, per aliquot annos otiose jacebat, quod nullus locus securus, in quo elocaretur, occurrebat.

Cum hac Summa 3m ad Bibliothecam pertinente, levata, simul ex iisdem Bonis levata fuit Summa duorum millium ad Collegium pertinens, quam meus Antecessor vocat Capitale, et ideo elocandam judicavit; sed ex Benefactricis testamento ejus propria manu conscripto, mihi ab A.R.P. Dno Rudnicki communicato, constat fuisse usualem, et ideo à me elocata non est.

In Collegio accessit novum Braxatorium, quod statim initio Regiminis mei construi debuit, quod vetus jam absolute subsistere non poterat, eratq; præterea continuo periculo incendii ejusdem. Sub idem tempus simul debebant fieri cadi novi etc. lebes item novus ad coquendam cerevisiam comparari. In area familiæ, propugnaculum vetus, quod ruinam minabatur, et si collapsum fuisset, ædificia nostra illi vicina conquassasset, cum consensu Magistratus Civitatensis dirutum est, et in loco murus, quo ingressus ex area in Civitatem, et è contra, impediretur, impensis Collegii est exstructus.

In Templo quæ accesserunt, illius Inventarium edocebit.

In Bibliotheca accesserunt Libri pretio comparati. Patris Fontaine Bullæ Unigenitus propugnata Tomus 1mus. Vindiciæ Aseitatis Pris Huylenbroucq. Epistolæ Generalium Soc: Pragæ impressæ. Tomuli 4 Considerationum Patris Nepueu. Patris Camilli Hectorei Solitudo Sacra. Praxis Catechetica Patris Heinbach. Manuale Parochorum. Patris Georgii Rhodes Theol. Tomi duo. Item pro usu Fratrum Coadjutorum libri Polonici. Patris Rodenici Pars 2da in Polonicum translata. Duo Exemplaria Patris Mozelewski: Chwalebne niektórych Sług Bożych dzieła. Item, Exemplaria aliquot Vitæ B. Ioannis Regis. In usu quoq; Fratrum Germanorum, comparati Libri germanici, quibus absolute carebant: Liber Meditationum, cui titulus: usus Fructus Exercitiorum S. Ignatii. Patris Elssen Meditationes pro annua Recollectione. Item Patris Iacobi Brodier Exercitia. Item Duo Exemplaria Patris Grosez.

Præter hos pretio comparatos, accesserunt dono oblati: Gradus ad Atheismum R. Patris Gengell. Defensio Aristotelis, et alii ejusdem Auctoris. Expedita salutis via R.P. Adriani Miaskowski. Fundamentum Vitæ Religiosæ P. Dan. Pawlowski. Sublimitas Perfectionis Religiosæ Ven. Patris Gasparis Druzbicki.

In Vestiaria accesserunt Pallia nova 8. ex materia Bomba dicta. Togæ novæ 8. Pellicei novi minimum 20. Vestis vialis pro hieme nova pellibus lupinis subducta, vulgo Wilczura. Culcitræ novæ 6. Indusiorum mutatoria immediate parata, duo. Involucra cervicalium nova, 77. Sindones novæ 50. Mappæ majores novæ 6. Mappularum novarum mutatoria duo. Mantilia nova 26. &.

In aliis Officiis, si et quæ accesserunt, eorum Inventaria docebunt.

In Horto Suburbano exstructa domus pro hortulano, et magna pars Sepimenti ex asseribus. Ipse Hortus notabiliter excultus, agerq; ejusdem ad hunc excolendum, alioq; labores, empti sunt Boves 4. qui ibidem habentur. Horreum extemporaneo opere exstructum pro servando horti frumento. Puteus effossus. Piscinæ 3. expurgatæ. Rete comparatum &.

Penes Hortum, in loco na pul wsi, ut vocant, exstructa est Domus nova, cum requisitis pro hortore circumdata Sepimento ex asseribus. Novus item lebes pro usu ejusdem comparatus.

Extra murum novum Civitatis à Collegio exstructum, PP. Bernardinos versus, ædificata est recenter Domus nova in fundo Collegii, et penes illam Stabulum.

In Pagis, potissimum in sequentibus melioratio facta.

Ex parte Jeziorcensi. Tres Cmetones constituti, Janussewiciis duo, Jeziorciis unus, datis unicuiq requisitis, quæ dari solent, in pecoribus, frumento, supellectili. Præterea Janussewiciis Colonus, aliàs Zagrodnik, cui pariter data, dari solita. Cmetoni Zemscensi domus de novo ædificata cum omnibus requisitis. Item alteri subdito Jeziorciis. Aliis duobus Krzeszkowiciis, domus, stabula etc: partim restaurata, partim denovo ædificata. In prædio Debinensi Ovile novum ædificatum, et alterum in Bielawy, parsq magna pecuniæ. Ibidem Horreum novum, 80 ulnis longum 18. latum. Ibidem puteus effossus, et alter Jeziorciis. Tres lapides ad molas comparati. f. In pago Stupia, Hospitale novum pro pauperibus subditis ædificatum.

Ex parte Siekiercensi. Cmetones duo constituti Wydzierwewiciis. alibi Semicmetones tres, et Agrarius unus, aliàs Ratay. Singulis data omnia, quæ dari solent. Wydzierewiciis post conflagratum Braxatorium, aliud novum cum omnibus requisitis exstructum. Siekierciis novum Ovile, et alitud Nagradowiciis. Casæ novæ pro subditis exstructæ 6. alia quædam ædificia labentia, restaurata. Lapides molares duo ad molam volatilem Wydzierewicensem, comparati.

Ex parte Mechlinensi Semicmetones duo constituti Mechlini. Domus novæ pro subditis cum horreis, stabulis f ædificatæ 6. In loco Topiatka dicto Szemum versus, exstructum est de nova radice Diversorium et stabulum. In Prædio Mechlinensi, media aula tegulis contecta. In Braxatorio, novus lebes ad coquendam cerevisiam, cadiq duo novi, comparati. Comparati item de novo cacabi aliaq necessaria ad parandum crematum. Horreum novum pro servando stramine et pabulo exstructum. Agrorum plures à multis annis desertorum, exculti. Fossæ, seu canales pro recipienda ad exsiccandos agros, facti. Prata expurgata f.

Molendinum Kotoviense, impetu aquarum aliquoties ad eum statum deductum, ut jam penitus deserendum videretur, iterum iterumq, magno labore nec minore sumptu, usui restitutum, novâ structurâ cui innititur erectâ, rotâq novâ, novoq lapide comparato. Ibidem ad avertendum periculum, quod agris et hortis nostris imminet à fluvio Varta, multum singulis annis laboratum, sed necdum sufficienter, quia adhuc idem periculum manet.

Piotroviense quoq molendinum, instructum lapide superiore. Pons illi vicinus, de novo exstructus: Agger, vi aquarum labefactatus, reparatus. Ex Piscinis Piotroviensibus una expurgata, et debitè restaurata. Rete novum (aliàs Przywlok) pro loco illo comparatum.

Bona Collegii elocata.

Ex Hæreditariis Bonis Collegii solus pagus Piotrowo cum suis sortibus elocatus est Perillustri mgcæ dnæ Christinæ Zegocka Capitaneæ Babimostensi, modô in Contractu descriptô.

Præter pagum hunc, elocavimus quidem alios duos pagos in Terra Dobrzynensi sitos, Tulibow et Glewo, sed non hæreditarios, verùm nonnisi per decretum Tribunalitium, ratione 15 m in illis Nobis inscriptorum, in possessionem Nobis traditos. Primis tribus annis, scilicet 1714. 1715. et 1716. Nostrorum duo isthic manebant, quibus non tantùm ea quæ ad vestitum pertinent, suppeditari debebant, sed etiam quo sustentarentur; cùm Bona essent penitus desolata. Hinc per eosdem 3. annos nihil omnino fructûs percipiebat Collegium; imò verò, collatâ Symbolâ cum Templo (nam utrumq ad Summam Bonis illis inhærentem jus habet, et quidem Templum ad potiorem ejus partem) in restaurationem illorum, Curatori illorum sumptus providere debebat. Anno 1717. visum fuit A. P. Visitatori, ut amotis inde Nostris, administratio illorum committeretur alicui fideli Œconomo Externo. quod et factum. et ab eo tempore aliquid fructificare cœperunt. Sed anno superiore, consul-

tius visum, ut eidem Œconomo, Dnô Gorlicki, in arendam traderentur, saltem per annum. conventumq cum illo, ut pro annua arenda tymfones mille numeraret, quos etiam enumeravit. Plus ab illo exigi non poterat rationabiliter, ob messis sterilitatem, quæ isthic prævidebatur. Annus arendæ inchoatus in crastino Nativitatis S. Joannis Baptistæ in anno 1719. finietur autem in crastino ejusdem festi in anno currente 1720.

Pro ulteriori Informatione circa eadem Bona, Sciendum est. quòd Templum in Bona dicta, per annos 1714. et 1715. expenderit per modum mutui florenos 1102. Collegium verò per eosdem duos annos, sub regimine Patris Antecessoris mei, florenos 1622-9. Sub verò tempus Regiminis mei, per annum 1716. et 1717. florenos 1030. simul florenos 2653-9. qui cum expensis à Templo, faciunt florenos 3755-9.

Tota Percepta ex Bonis dictis per annos 1717. 1718. et 1719. (nam per superiores, ut superius dictum, nihil omnino perceptum est) sunt floreni 2654-4. Ex qua Summa, Templum accepit fl. 810. Collegium verò fl. 1844-4. Debentur adhuc Templo, ex fructibus ex iisdem Bonis percipiendis, ad satisfaciendum illi pro expensis per modum Mutui in dicta Bona factis, floreni 292. Collegio verò floreni 809-5. Quod residuum mutui, postquam tam Templum quàm Collegium perceperit, jam reliquum proventûs, qui ex arenda Bonorum illorum percipietur, partiri debebit, proportionatè ad Summam Capitalem Bonis illis inhærentem, seu potiùs ad partem illius majorem vel minorem, ad quam Templum, et ad quam Collegium jus habet. partiri inquam debebit, inter Prem Rectorem et Præfectum Templi, convertendum in fines à Benefactoribus intentos.

Duæ Lapideæ nræ, Domiechowskich et Pogorzelskich in platea S. Stanislai positæ, quibus et quo contractu elocatæ sint, explicuit P. meus Antecessor in Resignatione sua. Ad alias duas, olim Rybskich et Plesniewskich, jus advitalitium Benefactrices habent.

Pistor, qui per Contractum Emphyteuticum ædificavit domum in Horti nri suburbani fundo, ad quem Canonem teneatur, in ejus Contractu expressum. Altera domus, pariter in Horto nrô sita, inter domum Pistoris et domum Hortulani nri media, nostra est. Cui elocata est, fl. nonnisi 15. in annum pendit. Noviter ædificata domus, in fundo Collii extra Civitatis murum, elocari debet.

Tempore Svecorum, pene vi coactus A. P. Miaskowski emit domum, extra Civitatem in fundo ad Arcem Posnaniensem pertinente Rybaki dicto sitam. quam urgente Illmo Majoris Poloniæ Generali Piscatores redimere compulsi sunt, me non gravatè consentiente, eò, quòd jam multum in ruinam vergeret; qua de causa etiam minus pretii acceptare debui, eo, quo à Collegio empta fuerat.

Stephanus Peninski

Joannes Symonski. mp

Resignatio Officii Rectoris Collegii Posnaniensis Soc. JESU facta à R. P. Stephano Poninski ex Officio decedente in manus R. P. Stephani Sczaniecki Anno Dñi 1723. Mense Augusto Die 8va.

Status Actualis Collegii.

		fl.	gr.	Summa fl.	gr.
	In Archivo Collegii relinquuntur in parata pecunia ad ipsum et Solum Collegium pertinente 1mo. Aurei No 410. qui faciunt florenos Polonicales currentis monetæ — — " — — " — —	7380			
	2do. Tynfones No 2000 qui faciunt " — — " — fl.	2533.	10		
	3tio. Imperiales Solidi No 80. qui faciunt — — " — fl.	640.			
	4to. In Solidis relinquuntur — — — " — fl.	2405.	18.		
Thorunij	5to. Apud P. Marczewski ex Bonis Tulibow Tynf. 140. qui faciunt fl.	177	10.		
	6to. Apud C. Pogrodka ex horto — — — " — — fl.	80.			
	Huc pertinet Resta Mensis Julii apud Pagorum Curatores. Nempe Pezio: recensem fl 508. Siekierecensem 330. Mechlinensem fl 16. Faciunsimul fl.	354.	8.		
	Summa fl.	— " —	"	14070	8
	Præter Credita antiqua de quibus in Resignationibus Superioribus.				
Solvit	Apud M. D. Konarski Parentem Nostri P. Feliciani aurei 24. quos mutuo pariter à Meo Antecessore accepit Ao D. 1718. d 2. 9bris. qui faciunt fl.	432.			
	Apud R. Dnum Zarenba mutuo accepti ab eodem Antecessore meo Tynfones 150 faciunt — — " — — " — fl.	190.			
	Apud Marcum Judæum factorem Collegii (ut testatur ejus Syngrapha) fl.	100.			
	Provincia, Seu Vita Communis debet pro Viaticis et Vecturis Scholasticorum ab immediata Congregatione. ex pro expeditione				
	Antiqui autem Sub meo Antecessore debiti à Provincia Seu Vita communi nondum recepti ab eodem Antecessore — " — fl.	300.			
	Alia Domicilia pariter ratione Vecturarum et Viaticorum debent ab immediata Congregatione.				
Solvit	Apud M. D. Brudzewski modernum in Żernik Possessorem à me mutuo dati aurei 6. faciunt — — " — — " — fl.	108.			
Solvit	Apud P. Felicianum Konarski Tynf. 40. faciunt — — " — fl.	50	20.		
	Apud Illmam Virginem Gałecka Palatinidem Posnaniensem aurei 8. et Imperiales 4. faciunt — — " — — " — fl.	176.			
Solutum in [illegible]	Apud Executores Illmi Petri Tarlo Episcopi Posnaniensis ex pio Legato aurei 200. Tynf. 8000. faciunt " — — " — fl.	7400.			

Præter hæc Fabrica Templi debebat Collegio fl. 11000. quod debitum Subscripsit R. P. Visitator (de quo videantur Rationes Fabricæ ejusdem Templi ante Annum 1717. et Resignatio R. P. Miaskowski prima facta Ao 1706. tum etiam Resignatio R. P. Symonski) Sed quia ego recepi Censum ex Bonis Nadarzyce retentum scilicet fl. 1350. quem Censum putabam pertinuisse ad Collegium, uti etiam

putabant aliqui Antecessores mei magis immediati, revera autem post decessum mei ex Officio Rectoratûs, vidi expressam Inscriptionem præfatæ Summæ pro Fabrica Templi. Proinde ego, quantum ex præfato Censu Nadarzycciano acceperam, tantundem ex eo quod debebat Fabrica Templi Collegio expunxi, adeoq jam non amplius deberet antiquioris debiti prædicta Fabrica eidem Collegio quàm floren 9650. Sed quia insuper ex Censu à Summa apud M. D. Golemowski in Bonis Karmiszewo hærente, pertinente autem ad Fabricam Templi, ad exolutionem debiti Templo per tempus mei Regiminis imò et Antecessorum ignoti, et nonnisi comperti post exspirationem ejusdem Officii, accepti Sunt fl. 420. ideo expunctis iisdem fl. 420, manent apud Fabricam Templi restituendi Collegio fl. 9230. NB. Multa alia per eandem ignorantiam accepta ego [illegible] a Collegio.

Præter hæc: Recentioris debiti, pro frumento, Novi Collegii Fabrica debet, quod aluerit Collegium Architectum, Vice Architectum, Aurigas. 5. Personas Collegii.

In Rebus ad propriam Consumptionem Spectantibus.

Relinquuntur præter ea, quæ hebdomadatim ex pagis extraduntur, Boves pro Culina 14. Salis dolia 12. Mellis dolium 1. Sevi pro Candelis lapides 18.

In Cellario. relinquuntur Vini Gallici dolia majora vulgo Oxefty 2., in 3tio, pars tertia ejusdem Vini. Vini Hungarici Antale sine aliquot ollis. Vini Hispanici Antale 1. Vini Muskatela Seu Fruntyniak dicti Antale 1. Mulsi dolia 2.

In Aromatibus. Croci libræ 2. Piperis lapis 1. Saccari Capita 6. Cynamomi Unciæ 6. Uvarum passarum Majorum Semilapis. Minorum Semilapis. Zinziberis Semilapis. Amigdalarum Semilapis. Oryzæ lapis 1. Gwozdzikow Unciæ 6.

Præter hæc, de halecibus relictum dolium. De muriaticis aliquid ad modicum tempus Suffecturum. De Prunis Siccis Saltim lapides 15. Pisces etiam in Piscinis Piotrowen. præsertim Carpiones tam mediocres quàm minores. Brasea quoq. Lupulus et Frumentum pro Braseis ad aliquod tempus suffecturum.

In Vestiaria. In Panno pro Nostris parùm relinquo, quia totus in Vestes recenter expensus. Quarum una ex panno pro Patribus Veteranis remansit, et Sex ulnæ pro Magistris. Coria pro fæmoralibus 90. Pro Calceamentis 24. Coriæ Cervinæ 2. Pelles Ovinæ 210. Pellium Agninarum blamow 7. Pelles Vulpinæ 18. Castores 6. Telæ tenuioris połek 95. Crassioris Połek 39. Smegmatis Vas unum et medium. Fæmoralia nova 10. præter tot alia distracta ab abeuntibus ad alia Collegia.

Lignorum ad fornaces relinquuntur Strues 100.

In Rebus extra Consumptionem propriam, quæ Scilicet vendi possunt, et solent.

In Pagis Seu Prædiis relinquitur magna pars antiquioris frumenti ob defectum Caristiæ præteritis temporibus non venditi.

In Horto domestico magna pars olerum Varii generis præsertim excellentiorum Pisorum. Item plures Rubi Rozmarini, aliæq herbæ vendibiles.

Horologia tot relinquuntur, quot numerantur in Resignatione R. P. Antecessoris; Ubi etiam de Depositis Externorum; præter quæ, ego nullum Depositum accepi, nisi unicum ex Commissione Fiscali.

#

In Censibus retentis.

× Relinquitur totum id, quidquid apud Illrmum Mathiam Radomicki, item apud Successores Wiewo, item apud Successores Bonorum Skoki in Superioribus ac immediatis Resignationibus Specificatum est: cum nec ego quidquam ab istis Debitoribus receperim.
Uti pariter à Curia Posnaniensi præter Septingentos florenos.

In Bonis Strykow et Sapowice apud modernum Possessorem M. Dnum Skaławski relinquitur Census pro Uno anno.

Apud Illrmum Ludovicum Szołdrski Palatinum Calissiensem relinquitur Census pro duobus Annis

A Possessoribus præsentibus Bonorum Kiszewo y Kiszewko, scilicet M. Dnó Miecislao Zakinski, nihil à tempore ipsius Possessionis acceptum præter floren. 147. Sub tempus Regiminis R. P. Antecessoris mei. Perillustri autem Joanni Łącki Castellanidæ Calissiensi condonati sunt Census per Patrem Poradowski ratione Lapidea nobis resignatæ. Quanquam nec hi repeti aliter potuissent.

Ex Bonis Branice receperat Censum R. P. Rector Collegii Cracoviensis S. Petri floren. 350. Ego autem hic recepi à Synagoga Posnan. ex Censu ad Collegium S. Petri pertinente in Suppositione dispensationis A. R. Patris Nostri ut hic Census Posnaniensis pro aliqua vice cederet præfato Collegio S. Petri Tynf. 300. quod in Solidos facit fl. 380. Quantum verò ultra prædictos fl. 350. pro Anno immediatè præterito receperit, nescio; Unde quod amplius recepit, pertinet ad Collegium Posnaniense.

× Ex Bonis Konopnica in Palatinatu Lublinen. nihil sub meo Regimine Solutum. Debuit Pater Procurator Jurium, ex meo jussu adcitare Possessores.

Vschovensis Civitas Satisfecit, sed nonnisi solvendo Censum per medium.

Piscatores Stupenses satisfecerunt utcunque pro posse suo, inclusivè ad Festum S. Adalberti, in Anno currente scilicet 1723.

Lesnensis Synagoga solvit omnes Ratas usque ad Festum S. Joannis Baptistæ, debet autem Ratam pro Festo S. Michaëlis Anni 1723.

Posnaniensis Synagoga Solvebat hactenus Censum per 5. à Cento. Interim paulatim effeci et coëgi, ut plus solveret sive in Aromatibus, sive in parata pecunia juxta Conventionem.

Pyzdrenses Judæi à Summa 700. Tynfonum totum Censum persolverunt usque ad Festum SSmæ Trinitatis in Anno currente, scilicet 1723. Sed solum numerando per 5. à Cento. Quod debui acceptare ex eo, quod illi dispersi ob calamitates suas, nunc primum congregari cœperunt.

Debita Activa.

Debitum nullum pro Collegio à me contractum.
Vecturæ et Viatica usque ad Congregationem immediatam, aliis Domiciliis persolutæ. Si quod autem per immediatam Personarum Dispositionem hac in parte Contractum, hoc facta Calculatione cum Provincia et aliis Domiciliis, quæ ex simili titulo debebunt plus Nostro Collegio, facilè extinguetur.
Contributio Provinciæ per 4. annos fideliter à me persoluta, et insuper pro Anno etiam currente, post expirationem mei Regiminis, Collegium nihil debet Provinciæ præter fl. 12.
Census quoque ex Bonis Mechlin Residentiæ Medercensi pro Collegio Calissiensi per 4. Annos fideliter à me persolutus.

#

Pensiones quoque, ad quas Pagi Nostri aliqui tenentur, persolutas à Procuratoribus eorundem Pagorum existimo. Ego quoque Capellano Sacelli Gostomiani Sredensis persolvi quod illi debebatur. Toti Familiæ Collegii integrum Salarium persolutum usque ad Julium inclusivè.
Debitum quoque ignoratum et à me Sub tempus Regiminis mei et ab Antecessoribus meis debitum inquam Templo à Summa 2m apud Synagogam, Rdo Patri Præfecto Templi persolvi scilicet fl. 420. Quanquam hoc debitum fortè esset controversum; proinde amplior de illo requirenda informatio. — NB.
Persolvi præterea alia quoque debita Antecessoribus et mihi ignota Eidem Templo. Tum etiam plures pluribus annis retentos Census, præsertim ex Nostris lapideis. — NB.

Status Habitualis.

Præter ea, quæ à Patre meo Antecessore annotata Sunt.
1mo. Summa 10m à Perillri M. Dnâ Anna Bułakowska Pocillatrice Posnaniensi, quæ in omnibus Bonis propriis pro Missione Vschovensi inscripta fuerat, in parata pecunia ab Ipsamet numerata, et apud Synagogam Svarzędzensem ex voluntate illius locata.
2do. Bona Piotrovensia à Perillri M. Dnâ Christina de Ponin Zegocka Capitanea Babimosten. Collegio reddita: ipsa verò Censu à 20m apud Synagogam Posnanien. locatis ad Vitæ Suæ tempora mansit contenta.

Alia Notabiliora, quæ per tempus mei Regiminis accesserunt.
1mo. Accessit Inscriptio Testamentaria (de qua Supra) Illrmi Rndssmi Petri Tarło Episcopi Posnanien. Aureorum 200. Tynf. 3000. +
2do. Accesserunt fl. 100. pro accendendis 2 Lampadibus ad Altare S. Michaëlis Singulis Feriis 5tis, locatique sunt in Censum apud Communitatem Lanionum Judæorum Posnan.
3tio. Summa fl. 3000. locata apud Synagogam Posnan. Inscriptio Castro Posnan. roborata Ao Dni 1722. d. 18. Julii. Census pro Ornamento Templi convertendus ex Mente inscribentis
4to. Summa 2000 fl. apud Synagogam Swarzędzen. locata, et Actis Posnan. inscripta d. 23. Junii Ao 1722. Census pro Ornamentis Templi ex Mente Inscribentis convertendus
5to. Summa 2000 fl. apud Synagogam Svarzędzen. locata, et Actis Posnaniensibus inscripta Die 23. Junii 1722. Census ex mente Inscribentis convertendus in Sacrificia Missarum pro Anima ejusdem inscribentis et Consanguineorum ejus. Postulavit autem Inscribens, ut Sacrificia hæc peragantur Singulis Mensibus, idque illa die, qua fiunt Sacra Requiem ex præscripto Congregationis Bonæ mortis. Porro numerus Sacrificiorum 10. Residuum autem Census cedere debet Templo pro Candelis et apparatu.
6to. Summa 10000. apud Synagogam Posnan. locata Die 23 Junii d. 1723. Census ab hac Summa per Subsequens quinquennium proveniens à Die Inscriptionis computando, converti debet pro Altari S. Patris Ignatii erigendo. Cum verò dicta Summa sit adhuc Juris Terrestris seu Nobilium, non verò Spiritualis, ideo per 10. à Cento tenebitur persolvere Synagoga, adeoque Singulis Annis mille Florenos Templum percipere, ita ut 500 floreni Solvant. circa Nativitatem Christi; in pervigilio S. Joannis Baptistæ itidem floreni 500.
7mo. Summa 2000. florenorum apud Synagogam Posnaniensem à me die 22. Maii Ao 1722. locata, et quocunque tempore levabilis uti Sonat Scriptum inter me et Synagogam roboratum in Castro Posnan. Hæc autem Suma juxta mentem Perillris M. Dnæ Zegocka Capitaneæ Babimosten. in ejus Testamento expressa pro funere ipsius impendenda. Interim autem Census ab hac Summa proveniens ad Vitæ tempora eidem Perillri Zegocka Servire debet.

#

8vo. Summa 2000 fl. pariter apud Synagogam Posnan. à me 26. Maii A. 1728. locata, pro Anniversario à Perillri Christina Zegocka Capitanea Babimosten. ordinata; uti sonat Scriptum Actis Castren. Posnan. roboratum. Interim autem Census ab hac Summa proveniens, ad Vitæ tempora eidem Capitaneæ Servire debet

9no. Recepta Summa in Junio hujus Anni Trium millium Florenorum de Bonis Zu-rawia, olim à Gnosa Hedvige Chełkowska inscriptorum, partim Templo pro lamina ærea scilicet 2^{m}. partim Collegio pro Ejusdem necessitatibus, scilicet unum mille. Hæc summa extincta.

10mo. De Bonis Graboszewo recepta Summa 1800 fl. pro Fabrica Templi à M. Dnó Małczewski ad præsens hærede, et locata est apud Synagogam Posnan. Habetur Recognitio ejusdem Synagogæ. Non accepta Provisio ab eadem in ordine ad complendum mille, ex quo defalcare debuimus fl. 200. ob rationes intervenientes, maximè ob insufficientiam Bonorum illorum.

Tandem recepta tria millia à Perillri Walknowski Canonico Posnaniensi in vim ac restitutionem decem millium à Fabrica Collegii Posnan. Collegio Cracoviensi mutuo datorum.

In Collegio. Accessit imprimis Lapidea Vicina Scholis à Perillribus Łącciis empta impensis Illmi Stanislai Działynski Palatini Pomeraniæ, qui numeravit Collegio per M. Dnum Kitnowski fl. 4600. Quod totum in prædictam Lapideam impensum. Hæc verò quia desolatissima fuit absq tectis, trabibus, fenestris &. magnæ in eam impensæ Collegii factæ, præsertim in triplex tectum et in aulam, quæ ad Exhibitiones extructa cum Imaginibus Fundatorum et Benefactorum appensis. In Scholas quoq non parvæ factæ impensæ, in Scamna, fornaces, fenestras, tecta.

Intra Aream Familiæ, Molendinum, et Macellum pænè de novo erectum.

In Braxatorio tres Novi Cadi elaborati.

Fundamenta Novi Collegii majori ex parte Steterunt.

Area Collegii ab Apotheca et Refectorio, lapidibus complanata. Craticulæ circa hortulum portæ vicinum, restauratæ. Nova Sustentacula Vergentis ad ruinam Collegii Substructa.

In Collegio ipso. Commune Scholasticorum ampliatum. Cubicula eorundem aliqua desolata, reparata Sunt.

Extra Collegium. In Lapideam, quam incolit Perillris Pocillatrix Posnan. ut illius menti Satisfieret, non parum pecuniæ et Operæ insumptum; Scilicet mille circiter Floreni; tum in persolutionem Censuum retentorum &.

Pariter in Lapideam, quam incolit M. Dnâ Koszutska, aliqui Sumptus facti, scilicet in Tectum, in Canalem, in Sustentacula, et ad exturbandam ex Cellariis Aquam, obviandumq illi qua graviter inundabatur. Circa quoq Lapideam, quam inhabitabat Illmâ Palatina Posnan.

In Typographia. Præter alia, novus Typus, isq multiplex accessit circiter 2000. Tynfonum [illegible]stans.

In Bibliotheca. Accessit Theologia P. Joan Ulloa. Theologia Moralis P. de la Croix. Annales Brietii. Propugnata Bullæ Unigenitus duo tomi. Unius Necessarii Auctore P. Benedicto Rogatio Libri tres. PP. Complutensium Philosophia Veteronova. Nicolaus [illegible]nderus de Origine et progressu Schismatis Anglicani. Olympus Sanctitatis. Apocalypsis Ascetica, Seu Exercitia Spiritualia 4. hebdomadarum. Conciones in Festa B. M. V. Conciones Quadragesimales de Passione Christi. Conciones de S. Maria Magdalena per Octavam, et alii hic impressi.

In Vestiaria. Accesserunt plura Pallia pro PP. Veteranis et PP. Scholasticis, plures

#

Togæ Reverendæ pellicei, plures Culcitræ. Indusia quoq, aliaq linea. Sed hæc magna parte ab abeuntibus ad alia Collegia distracta.

In aliis Officinis præsertim in Dispensa et Culina, non pauca ex ollis, Lebetibus, et aliis denovo accesserunt, alia reparata.

In Horto Suburbano. Accessit novum Ædificium cum Sacello ad commoditatem Nostrorum. præterea domuncula. Item majori parte accesserunt Sepimenta, et pro reliquo finiendo ligna residua. Duæ etiam Piscinæ expurgatæ, tertia denovo effossa.

In Stabulo. Accesserunt plures Equi cum omnibus attinentiis et loris &. Rhedæ, Currus, partim denovo comparati, partim reparati.

In Pagis. In Pago Słupia Templum ex Fundamentis erectum aliquot millibus constans. In aliis pagis, erecta aut restaurata Ovilia, Aulæ, horrea, Casæ Rusticorum, Diversoria &. Aucta Inventaria, præsertim Piotrovi.

Præter hæc, Nostri Missionarii Vschovam introducti. Domus propter illos empta.

Bona Collegii elocata.

De his videnda Informatio R. P. Antecessoris mei. Ego autem præterea addo, quod Piotrovium redierit ad Collegium, auctum redditibus et Inventariis à Perillri Capitanea Babimosten. Christina Zegocka. Illa autem mansit contenta Censu apud Synagogam Posnanien. à Summa 20000.

De Bonis Tulibow illud etiam Superaddo, quod hactenus de Illis Collegium participaverit Singulis annis Tynf. 1000, Satisfeceritq integrè omnibus obligationibus, prætensionibus Templum concernentibus. Quantum autem abhinc Collegium eidem Templo de prædictis Bonis quotannis solvere debeat, docebit Separatum excerptum ex Testamento Perillris Zegocka Capitaneæ Costensis. Insuper quæ, et quanta in iisdem Bonis per tempus Regiminis mei melioratio facta, patebit ex Informatione Separata Patris Marczewski.

Steph. Sczaniecki mpp. Stephanus Poninski mpp

Resignatio Officij Rectoris Collegij Posnanien. S.J. facta à R.P. Stephano Sczaniecki in manus R.P. Joannis Witkowski. Anno 1726. 27 Novembris

Status Actualis Collegij.

In Pecunia ad Consumptionem solius Collegij pertinente relinquuntur

1mo. Dati sunt ad manus R.P. Successoris in varia Moneta. Sum. Flor. Current. — 20000

2do. Manent protunc apud R.P. Ministri in Pecunia Collegij Provisionali flo. 163. gro. 28. In Rationibus Procuratoris Sierkiewecensis et Miechlin. simul flo: 227. gro. 18. In Dersiorecensi et Dzstinen. flo. 44. In Piotroviensi flo. — 108. simul — 543. 16.

3tio. Pro Lana vendita Gedani et Lesnae (expunctis debitis pro Vino et Aromat.) manent — 3961.

Itaque Recepta sunt ad consumptionem solius Collegij in Pecunia parata — 24504. 16.

Porro, ut verum fatear; Quia alias passim longe minus accipiebatur pro Lana, volebam superans lucrum, applicare Fabricae Templi, certis et quoto iustis de causis; Ideoque tantum 3000. pro haec Lana, in Rationibus ultimi mensis Mei Regiminis inserta sunt, (etsi nondum à me plene tunc recepta) et consequenter in Resta Universali Rationum Collegii, tantum 23000. posita; et in Visitatione simul protunc Collegij ab Archiepiscopo subscripta. Sed Quia postea aliter visum, (Ego autem non contradico) id flo. hic merito Resta realis maior in Pecunia ponitur.

4to. Apud Procuratorem Miechlin. pro Porcis Extraneis glandis hoc anno per Octobrem et medium Novembris pastis, ante expirium Regiminis mei, ab eodem Procuratore accepti realiter et protunc Collegio restituendi, sed interim dilati; Cur soli occidenti, nedum Umbrae cadenti [illegible]. Restant inquam flo: — 414.

Quae tota Pecunia iuxta severe expressas hic Visitatorum et Provincialis Ordinationes, et constantem etiam sub meo Rectoratu usum, debetur soli Collegio, extra omnes ordinarias ex Pago Provisiones: ideoque R.P. Rectori reddenda.

5to. Apud eundem Procurat. Miechlin. Restat realissimum Debitum ad Proventum Rectoratus mei pertinens, et Collegio immediate reddendum; pro Metretis 48. Siliginis ex Piotroviensi et Jeziorcensi Praediis mutuo [illegible]. Quarum singulae Metretae protunc à Nobis ipsis vendebantur flor. ad minimum 17. Nunc vero plus quam flor: 20. Venerunt. Illi autem propter Bonum commune, sine parata pecunia, mutuo datae infidem religiosam, singulas Metretas flor. nonnisi 14. Facit universim flo: — 672.

6to. Apud eundem Restant restituendi Collegio; dati à me realiter R.P. Praefecto Fabricae Collegij hoc ipso anno in vim Census à Lunia Provinciae in Miechlin habente. Quem alias Census debebat debiti solvere; semperque hactenus Procurator Miechlinensis; et Hic ipse anno praeterito solvebat ab hac Lunia; ideoque supra omnes alias Provisiones Collegio debitas et praescriptas, et ordinarie hactenus semper dari solitas ex antiquissimis Ordinationibus usuque constantissimo. Solutus inquam à me Census Fabricae Collegii; iuxta Rationes ipsasmet eiusdem Fabricae — Flo — 1485.

Porro licet Ego hanc et Maiorem Luniam eidem Fabricae Collegij à me hoc anno datam gratis esse volebam; Quia tamen R.P. Praefectus Fabricae Collegij huius pro innato candore non est dignatus, eandem Luniam pure gratis pro Deo et novo Collegio, acceptare; Sed in Rationibus ab Archiepiscopo subscriptis temporis mei regiminis subscriptis, eam in censum Miechlinensem protunc Fabricae collegii applicatum; computare; ideo et Ego non contradico; immo libenter probo.

Porro si forte non tanquam census, nec forte tam cito anticipatus, debetur Fabricae Collegij à Lunia habita in Miechlin (de quo Ratio et Calculatio ineunda esset ab Illis ad quos nunc de iure et tempore) Tunc nihilominus Mechlinum tenetur restituere Collegio

Ex his quae hic adnotantur patet quam pro Lana nihil sit ultra summam Ima loco positam acceptum.

Collegio totum Datum; et in annum sequentem expungere ex Censu eodem Eidem Fabricae Collegij. Si tamen illi census idem iterum destinabitur ab A.R.P. [illegible]. Quod opto ex corde merito.

7mo. Apud Piscatores Slupenses Restat residuum census S. Martini flo. 60. Similiter apud Piscatores Nobiles Kotowienses et Lewenses flo. 80. Faciunt utrique simul flo. — 140.

Quae tota Pecunia iuxta ordinationes Visitatorum Provincialium supra sortem Provisionum debetur Rectori Collegii. et Mihi reddebantur semper. Sed nunc in occasu Regiminis tenebris involutus. Quanquam omnes hi Piscatores longe plus annui census ab antiquo dabant et ad Collegium iuxta praescriptum per manus Procuratorum reddebant Meis Antecessoribus: Sed Ego tum ad lacrymas illorum, tum ad conniventiam Nostrorum Procurator. coactus sum infra medietatem accipere per Triennium; et in fine dilationem pati ad R.P. Successorem etiamsi sciam actu redditos istos census à Piscatoribus Procurat.

8vo. Apud Cauponarios unius Partis Jeziorecenses et quidem apud solos Slupenses Zemecenses Zimnowodenses Piekarienses (praeter adhuc Jezinenses Krzesikowienses Kozlenses quibus nondum constat) apud inquam hos solos pro Doliis Cerevisiae iam actu venditis ad Novembrem ultimum Rectoratus mei. Tum etiam pro Cremato iam actu Vendito. Restant flo: — 968.

Quam quidem Pecuniam Ego recipere et relinquere in aerario potuissem, vel ad ulteriorem Provisionem in Rationibus computare: Sed solutionem illius differri ad festa Natalitia Cauponarii subditi nostri cum lacrymis à me impetrarunt; Quia tunc Famuli Rusticani vulgo Parobcy, ex sua mercede, unum Cerevisiam solvunt. Ne inquam Cauponarii Nostri, Pecora interim ante hyemem viliori pretio vendere cogerentur.

Jam apud Cauponarios alterius Partis Sierkievecensis et Miechlin. longe utique plures. Ut: Wybierzewiensi Goranzewiensi Krzyzanensi Dzbrowiensi etc: si non longe plus, saltem ad minimum credo tantundem restare. Sed hoc, ut dixi toties, ad itsatas vel preces vel imperia, inter umbras decidentis regiminis absondita.

9no. Apud Molitores Piotroviensi Restanti ad minimum flo — vel frumenti — 100.

Quod quidem Ego ex tunc recepissem; Sed plus adhuc praetendebant et differebant.

10mo. Apud Cmetones Partis Jeziorecensis Z Wrzesikowie etc: (praeter conflagratos hoc anno, quibus ideo census donatus etc:) pro S. Martino tantisper dilati et collecti ad minimum Flo: — 50.

NB. Alterius Partis Sierkievecensis Cmetones sint et ad Quantum teneantur, Viderint ad Quos nunc de iure; hic tantum ea notavi quae longe in usu.

11mo. A Mtrio Rudeni Residuum pro S. Martino ex lapidea pretium, brevi tamen persolvendum — 60.

12mo. Prope immediate post Resignationem Officii Mei dati sunt Mihi titulo alicuius gratitudinis pro dedicatione libelli aurei 11. Quos per manus R.P. Ministri Grato Successori R.P. Rectori in auctuarium Restae fideliter consignavi. Flo: — 198.

13tio. In Rationibus ex Typographia pro libris actu iam protunc Venditis. Varsav: Gedan: Cracov: Jaroslav: etc: licet nondum Pecunia huc esset transmissa propter defectum occasionis. Manebant inquam apud Venditores, huc pertinentes — flo: — 370.

Taceo 3000. Exemplarium Crasii, integris Triennalibus Collegii et Regiminis mei impressis à Me gratis; cum ex se non vana supra omnes libros immediate vendendi et consequenter lucri longe nunc Maioris ex Typographia. Cum Ego per totum triennium nihil omnino acceperim proventus ex illa, immo non unum Mille expenderim etiam in parata pecunia Collegij. Nedum in victu Numerosiorum Famulorum.

His ergo solis computatis, Quae à Multis et Magnis Antecessoribus Rectoribus praeparata

rata Pecunia computabantur in Lris olim Resignationib faciunt Flo: | 28901. 16.
Quibus si addatur Retenta apud Carponarios Partis Sibierecensis et Mechlin. excedent | 30000.

Non computo pariter in Resta aliquot Centena Syndoru pro Quercub, licet iam actu à Me venditis in Dambrowa, et à Mercatore actu ad ultimam Novembris hoc est ad declivium Rectoratus mei excisis. Quidquid sit de futuris si videbitur vendendis; non tamen in Mechlin excindendis. Quanquam et alibi parcissime talia vendenda; praesertim ubi sunt fructificantes Quercus. Ego enim Nonnisi ibi vendideram, ubi erant nimis densae et invicem se impedientes.

Non computo insuper; Quia Arbores hae debent imo solvi circa Pentecosten post desolationem Posnaniae, Rdo Successori; Ubi tamen Contractus adhuc Mei. Pro quibus certo venient aliquot Millia parata.
Multo magis non computo Quin etiam nec Memoro impensas extraordinarias Paratae ex Collegio Pecuniae; Tum in Meliorationem Soltys Piotrowij. Molendini Aggerum - Stagnorum - Pratorum - Aedificiorum etc. longe supra 5000. Tum in Turres Faciemque Templi ac Decorem Domus D.E.P. etc: supra | 15000.
Quae nisi extraordinarie expensa hoc Triennio fuissent; Deo gratias evidenter in Aerario Collegii fuissent | 50000.
Salvo per omnia calculo etc. Gestis rerum et Expensarum ordinariis.

Porro impensae in Templum prope 2000. à Me per tempus Regiminis Mei factae sunt Tum eleemosynis meis particularibus et antiquis. Tum ex aliquibus Censibus Templo alias debitis, quos Collegium aliquoties percipit restituendo debito Templo; de quibus aliquoties meminit in sua Resignatione immediatus Meus in Rectoratu Antecessor. Ideoque in Vim illorum Censuum suo Triennio perceptorum, expunxerat Idem Rdus ex debito quod tenebatur solvere Templum Collegio - 11000. expunxerat insuper ita ut apud Templum reparent solum Collegio solvenda - 9230. Ego vero Nihil ex eodem debito expunxi; Quia longe centuplo plus in Templum ut dixi impendere malui; ita ut Collegium Nihil omnino debeat Templo ratione Perceptorum Quorundam F. Templi Censuum per Meum duntaxat Triennium. Sed neque expunxi quidquam ex illa summa. 9230: debita alias ut dicitur à Templo, Collegio. Ne nimis Templo favere viderer etc. Videant successores Dignissimi.

Credita Actualia et Pignora

Manent eadem quae in superioribus Resignationibus annotantur, praesertim immediata. Excepto Credito apud MD. Konarski et Pm Nostrum Konarski. Quae sunt soluta. Solutum item Seu potius Fabricae Collegii donatum, apud A. Rd. Jarzemba. Solvit item Mod. Brudzenski. Similiter Executores Illmi Paulo Petri: E. Brzesc. solverunt 200. aur: Restant apud Eosdem 3000. Flor: Valde incerta. Reliqua Manent ut ante erant. Uti et Pignus Dni Storzenski et Dae Jaraczewska. Videantur

Res protunc Manentes seu in Collegio Seu in Praedi: is. Sive ad Consumptionem Propriam; Sive Extra Consumptionem Vendibiles vel conservandae

Videntur in Rationibus Universalibus Visitationis in Eodem Mense Novembri incidentis sub ipsum tempus Resignationis meae. Tum in Rationibus Pagorum.
Inventaria similiter Tum Praediorum, Tum Officinarum Collegii atque etiam Templi etc. protunc annotata et ab Archiatris et de Subscripta. Videantur similiter in Libris et Rationibus Earundem Officinarum. Ne hic otiose eadem repetantur etc. Vg. Typograph. Biblioth. Vestiariorum Horti etc.

Horologia duo nisi fallor vendita - ut in Rationibus positum. Reliqua Manent. Ut Parietinum et Mensale etc. apud Directorem Horologii etc. 109

Deposita Externorum Nulla de Novo admisi. Vetera Manent eadem ut supra in Resignationibus Potissimum Commissionis Fisci Palatinatus! Pro Quo approvissa gratitudo - Quam amplissimam opto Rdo Successori. etc.

Census ab Externis retenti -

Quinam sint Actuales; docebunt Quietationes ultimae Debitorum Nrorum!

Debita Activa Collegii, actualia!

Nullum à Me Deo gratias contractum! Contributionem Provinciae trienalem aur: 60. fateor Me non solvisse. Deo tamen semper protunc paratum fuisse. Suppetebat enim Ultro. Quia tamen Cancellario differebantur - Tum Ratione 300. flor: collegio ex Resignationibus Antecessorum debitorum à Provincia. Tum Ratione Viaticorum et Expeditionis Scholasticorum. Quae omnia Nullus dubito suppliendo abunde in proxima Congregatione Provinciae. Uti et Viatica Collegii debita! Cum longe supra infallibili emolumento Collegii! Quod potius in Resta adeo proxime recipiendo, computari deberet, quam inter Debita. Cum in tam Numeroso praesertim Theologico Collegio longe plus parata Pecunia sit expensum; adeo à Feronino ad Quem, Restituendum est Quidem Breti etc.

Decessus Rerum vel Aedificiorum, praesertim per Conflagrationem aliquoties in Pagis Notabilem; item per Ventorum, inmemorabilem ante violentiam etiam in Collegio et Templo; nedum in Pagis et Praediis!
Et Reparatio eorundem vel etiam auctio praesertim in Piotrowo, et hic supra ibi aliquot Millibus constans Reparatio et de Novo effossio Stagnorum - Aggerum - Agrorum - Pratorumque etc. et Aedificiorum tum Praediatium tum Rusticanorum etc. Item erectio de Nova radice Praedii et Ovilis in Kozle, et Novorum agrorum Culturae. Haec et his similia, videantur similiter in Libris et Rationibus Pagorum et Collegii, Ultimae Visitationis eodem ut dixi tempore Resignationis Meae incidentis etc.

Status Habitualis Collegii

Idem fere qui pridem. Nihil enim illi decessit quoad substantiam. Sola Circumstantia parum Mutata est in Melius; in Quibusdam Summis! Nimirum -
Imo - Summa 3000. ab annis prope 40. penitus sterilis sine obolo Provisionis, haerens in Czekow apud Illmum Mathiam Radomicki Palatinum et Generalem à Me multis et importunis magis precibus quam iuribus levata!
2do - Summa 4000. pariter plurimis annis sterilis et remotissima, ex Konopnica prope Quondam olim levata - Utraque Summa 7000. Locata propius. Scilicet. 5000. locata in Villa Radki prope Debinam Nostram! apud G. Dam Marianam Szaniecka Viduam cum Filiis ab Eadem inscripta Actis Castrensibus Posnaniensibus per 7. à cento Provisionis. Interea audio ista Villa vendenda ab Haeredibus; Quoque Summae erit attendendum Modo ex ibi securissime!

Residua Summa 2000. millium locata ad breve tempus apud G. D. Raphaëlem Taczanowski in Villa Matkow prope Vartam oppidum. Et hic in Castro Posnaniensi inscripta, cum simili Provisione per 7. Utraque Provisio soluta iam bis ni fallor per Medium juxta Decreta Tribunalis et nunc consuetudinem, Nescio an inposterum Reliqua docebunt Exactiones, etiam ab aliis ut dixi Debitoribus procedendas.

Accesserunt etiam aliquae de novo Summae quasi habituales.

1ma Fabricae Templi Summa 7000. ex Eleemosyna Personali Unius e Nostris cum facultate Romana, locata apud Synagogam Vronecensem ad Triennium. cum Censu per 10. à Cento inscripta in Castro Posnaniensi sed data Judaeis in scripto Assecuratio, ut in casu Punctualis suo tempore solutionis Provisionis; nonnisi flor. 7. à 100. accipiamus.

2da Summa inscripta in eodem Castro Posnaniensi ab Illmo tunc Vivente Prologio Scripto Capellano Rogozinensi – Eius post fata ad Nostros esset iure vindicanda a Successoribus. saltem in Parte, praesertim pro nova Sacristia et Altari S. Ioannis de Kostka.

Bona Collegii Nulla elocata de Novo

Sed aliquas Lapideas de quibus Aegras incolunt eodem iure Antiqui Possessores. Quas recenter redierunt ad quasi Manus Collegii elocandas relinquuntur. Scilicet 1ma Post fata Illustris Dnae Cristinae Zegocka Capitaneae Babimostensis Benefactricis Collegii, et Templi – Lucam Lapideam incolit Illmus Capellanus Gnesnensis Patruelis Suus permisse Viventis tunc Benefactricis Nostrae, quae hanc Lapideam Collegio donaverat, sitam in Platea Vratislaviensi penes Macellum vulgo Ligneum.

2da Lapidea vulgo Ossolinianae ex qua inediate cessit censuum residuum solvit Dnus Rudzki, ut supra innuimus. Haec manet pro placito elocanda.

NB. Huc pertinet inserere Collationem à Me Ex vi Iuris Patronatus factam Canonicatus (ut vocant) in Tremo, unà cum pertinente Patrimonio in Personam Illustris A. Rdi Cedrowski ad instantiam Rgssimi Kornowski Proconsulis Lissensis.

Reliqua si opus erit ad informationem spectantia videri possunt in Anterioribus praesertim Recentioribus Resignationibus; et in Rationibus ac Inventariis ultimae et pro tunc simultaneae Visitationis. In libris ingrossandorum Praediorum, tum officinarum Collegii, Tatys etiam Templi.

Addo hic Notabilem Auctionem Utilis et Boni Communis in Futurum factam. 1mo Ex Arenda Thulkoviensi dabantur quotannis Tynfi 1000. Nunc Tynf. 1200. Ergo accrevit Proventus annuus Collegio in singulis annis Tynf. 200. sextos. 253. 10.

2do A Synagoga et Judaeis Posnaniensibus accipiebantur Caratim Census per 5. circiter à Cento. Nunc accipietur circiter per 7. à Cento. Ergo accreverunt aliquot Centena in Summa.

3tio. Piotrowo tenebatur in 2000. in annum. Nunc faciet circiter 4000. per separationem.

NB. Non memoro Accessum aliquot Millium pro Quercubus, iam per Contract Venditis, sed nonnisi anno inmediate sequenti solvendis. R. P. Successori. Hunc proventum, licet ut dixi longe Maiorem prioribus 3bus non computo. Quia suppono non duraturum. Ne Sylvae Excindantur. Satis est Unus et Alter. Successor habebit tamen (quem cordialiter opto) Proventum novum.

Non memoro item, licet millies memorandae Benefactricis Illustris Cristinae de Poninskiis Zegocka Capit. Babimostensis 20000. priùs quidem inscripta Fabricae Collegii; sed nunc etiam alia Percepta, post Fata Benefactricis Magnae.

Stephanus Sczaniecki manu propria

Jo. Corkowski manu propria

Resignatio Officij Rectoris Collegii Posnaniensis facta a P. Joanne Corkowski in manus R. P. Joanni Radominski ad interim V. Rectori Anno Domini 1730 die 31ma Decembris.

Status actualis Collegii

In Archivo Collegii relinquuntur in parata pecunia ad solum Collegium pertinente, in primis in aureis 1081 qui secundum taxam communem, quâ et mihi a R. P. Antecessore numerati sunt, faciunt florenos Polonicos 19458 In Imperialibus solidis 500 singulos aestimando fl 8 faciunt summam fl 4000 In Tynfis 1580 uno floreno et grossis octo aestimando singulos faciunt summam fl 2001 – 10 In solidis fl 200

Haec simul sumpta faciunt totalem Summam 25659 – 10

Plura reliquissem nisi ad millia 32 in Fabricam ~~Templi~~ Collegij expendissem, ut patet tum ex Rationibus Collegij tum ex syngrapha separata.

In hac Summa relicta est inclusum unum mille datum Collegio a Perillri Bukowska Pocillatrice Posnaniensi Benefactrice Collegii in casu mortis suae in eleemosynam collatum. Includuntur item fl 200 ab eadem dati cum obligatione ut in casu funeris provideat Collegium candelas cereas Religiosis funus deducturis Processionaliter. Includitur et Summa 4 millium oblata a P. Stanislao Naramowski ex Patrimonio suo cum facultate Admodum R. P. Nostri, eo titulo, ut quantum fieri poterit praedictus Pater Benefactor in sua infirmitate conservetur et foveatur a Collegio hoc. Haec Summa etsi consumptibilis sit malui illam conservatam, licet non otiose jacentem Nam ex illa tum Boves ex Volhynia tum equos ex Podolia coemptos huc deduxi et divendidi non sine lucro notabili.

Relinquuntur insuper apud Curatores Collegii ut patet ex Rationibus ultimi Mensis scilicet apud Jeziorcensem fl 179 – 18 Srebierensem Piotroviensem fl 22 gros. 10 Insuper quae apud Cauponarios pro cerevisia jam extradita ex Praediis retenta sunt illi ipsi Curatores reddent Rationem. Relinquuntur et in Typographia fl 437 In Apotheca fl 378 – 18 In Fabrica Collegii In Taberna Piotroviensi restant fl 127

Relinquuntur in Debitis Collegio

1mo Apud D. Rzepecki Consulem Posnaniensem fl 1600 pro quibus syngrapha (vulgo Blanket) ipsius manu subscripta donata est Collegio a Perillri Dajewski Notario Consistorij et jam ~~fe~~ Canonico Cathedrali Posnaniensi singulari Benefactore Collegij

2do Apud D. Gabrielem Hinz Civem Posnaniensem fl 1000 quorum jus transfudit in Collegium idem Perillris Benefactor. Haec debita sunt realissima, quae nec ipsi qui debent, diffitentur, sed cum hic et nunc non sint pares solvendo, manent Debitores. {Scit de hoc P. Minister}

3tio Apud Supra nominatum D. Rzepecki fl 175, qui adhuc restant ab ipso solvendi ratione Olei Olivarum pro funere Perillris Pocillatricis Posnaniensis ab ipso empti sed non adaequate pretio illi erumento extraditi Insuper 2 aurei apud M. Lion.

4to Apud Perillrem Rogalinska Notarium Terrestrem Posnaniensem cui ad habitandum conducta est Lapidea Collegii in platea Vratislaviensi a 28 Septembris Anni 1729 pretio fl 250 in singulos annos pendendorum. Ad rationem quorum accepit Collegium aureos tres.

5to Apud D. Groff Pictorem cui ad habitandum conducta est Lapidea pars a platea contigua Scholis

6to Apud Fabricam Templi Nostri fuit debitum fl 15000 a R. P. Reinholdo Pert Visitatore liquidatum sed quia R. P. Poninski olim Rector Collegij expunxit ex eo, ita ut nonnisi manserint 9230, ego

etiam per tempus mei Regiminis expensi tantum fl 139 - 22 qui ex
Censu a Iudaeis Lesnensibus Fabricae Templi debebatur, ideo adhuc
eadem Fabrica debet Collegio 9090 - 8.

In Censibus retentis relinquuntur

1. In Bonis Wizewo apud Illmos Jablonowskie Capitan. Bialocerkiewen.
a Summa fl 3000 census pro duobus annis

2do In Bonis Skoki apud Possessores eorundem Bonorum a Summa
6000 per meum quadriennium ne obolus ex censu acceptus. Agitatur causa.

3tio In Bonis Malkow apud MD Taczanowski a Summa 2000 ne
obolus inde acceptus Egi ego tum ipse per Literas tum per Nostrum
P Taczanowski, semper promittebatur solutio et nihil datum.

4to In Bonis Rudki apud M. D Sczaniecka a Summa 5000 uno
tantum anno acceptus est Census sed tantum per medium indulgente
RP Antecessore meo, pro tribus annis ne obolus. De hac Summa
notandum est: Eam esse in periculo amissionis Inprimis ex eo. Quia
a RP Antecessore meo locata est in Rudki quae Bona me nullatenus
requisito tanto magis non consentiente vendita sunt a MM Sczanieckis
jamq in 3tys manibus haerent, Summa autem nobis insciys translata
in Murka. Tum quia ex hac Summa inscripta sunt in Castro Posnaniensi
tantum 4000 cum tamen tum ex Resignatione RP Sczaniecki tum ex Li-
teris Ejusdem datis ad me pateat data esse MM Sczanieccys 5000. Pro
inde conveneram amicabiliter MD Sczaniecki Possessorem Bonorum Mur
ka Ejusq M. Matrem de nova Inscriptione 5000 idq in Bonis Mur
ka, appromiserant se id facturos sed eluserunt. Data ipsis et Citatio
sed cum pateret ex Inscriptione tantum 4000 data esse de 5to autem mille
nullum vestigium tantum ex Resignatione et Literis RP Sczaniecki
ideo a Lite abstineri debuit deficiente Iure petendi 5000. Commen
daveram RP Procuratori Causarum ut Manifestationem faceret in Ca
stro tum ob translatam nobis insciys ex Bonis Rudki in alia Bona Sum
mam tum ob non factam Inscriptionem 5000 tum ob non solutionem
Censuum, sed Bonus Pater distulit. Suaserim quamprimum id faci
endum, alias Summa in periculo est.

5to In Bonis Kiszewo et Kiszewko a Summa 1500 Provisiones
a multis annis non reddere Est Causa in Castro

6to In Bonis Karcz apud Illmum Stoddiski Generalem Majoris
Poloniae: per annos duos datus est census a Summa fl 7000 sed nonnisi
per aureos 20 proinde et Quietationes tantum ad rationem acceptorum
datae sunt: pro reliquis duobus annis nihil acceptum

7mo A Civitate Posnaniensi a Summa 12000 olim in Barcin loca
ta nunc autem in Civitatem transfusa, nihil penitus perceptum De
bet esse Causa post Curiam Regni sed valde remisse proceditur

8vo Apud Iudaeos Pyzdrenses restat aliquid ad Censum integrum
a Summa Tynfonum 700. Urgendi sunt ut comportent Quietationes

Solutam RP Harnowski

antiquiores ex quibus videndum an plene persolverint, quae conditio est
ipsis apposita in ultima Quietatione mea, quod tamen hactenus non fece-
runt. Sunt Iudaei nequissimi.

9o Apud Iudaeum Pinkies Marek est Summa 2000, a qua nihil census
perceptum Est enim Iudaeus Bankrut. Spem semper facit restitutionis
(nam est sub protectione Nobilium) sed nihil praestat

10 In Bonis Tulibowo quae Contractu Arendatario tenet MD
Murzynowski adhuc sunt residui Tynfones 190 ex Summa quam ex
Contractu in singulos annos pendere debet Tynfonum 1200. De his
Bonis notandum 1mo Anno elapso datam nobis Citationem ~~xxxx~~
~~xxxxx~~ a MD Karigowski pro restituenda Summa fl 500 inscripta
olim a MD Tolibowski in Bonis Glewo eidem Do Karigowski. A
gitata est Causa in Castro Bobrownicensi latumq Decretum, quate-
nus haec Summa Do Karigowski exsolvatur mediante Transfusione
illius in nos qui sumus Possessores Bonorum. Quod et fieri debuit
proinde ex Summa proveniente ex Arenda enumerata est ipsi Sum
ma eadem: in Expensas etiam Litis et in constructionem casarum
in Glewo dati sunt a MD Murzynowski Tynfones 100 et ultra Hoc pro-
inde anno tantum ex illis Bonis 600 tynfones percepti sunt.

2do Data insuper Citatio a MD Gembart pro restitutione Tynfonum
1000 inde a MD Tulibowski eidem in Bonis illis inscriptorum
Quaesitae sunt Quietationes in Varys Castris et in Castro Plocensi
repertum est initium Quietationis sed non continuatum. Quare decisum
in Castro Bobrownicensi Causam remittendam esse ad Tribunal Regni
Missa sunt haec Instrumenta Iuridica Petricoviam et causa commen-
data P. Procuratori Iurium.

Reliqua circa Census Informatio haberi potest ex Quietationi-
bus ijs datis apud quos haerent Summae censuales.

Relinquitur Pignus utrumque de quo habetur Informatio in Resi-
gnatione RP Brzczynski

In Rebus ad consumptionem Spectantibus relinquuntur

Boves ad culinam tum Powarzecoi tum Pecuarijs tum Protrovi 73 ad hanc diem
Porci 10 qui in Collegio saginantur empti tum ex Rebus venditis ex
Dispensa tum ex Industrys C. Dispensatoris
Salis tunnae 32 Sevi pro candelis Lapides 12 Ligna pro hyeme.
In Cellario relinquuntur Vini Hungarici excellentissimi antala 3
et dolium jam inchoatum et forte vas refertur Insuper ejusdem Vini Hungarici dolia ad
minimum 20 pro quibus expeditus in Hungariam C Premor dataq
est illi ad coemendum id summa fl 3780. Ex Aerario quidem in
aureis 120 Ex Libris vero Typographicis qui in alys Collegys diven-
duntur collecti aurei 100. Vini Gallici vasa majora vulgo oxeft 7
Insuper Vini Hispanici vulgo Sekttu Starego vas sed jam non integrum
Mulsi dolia 6 Cerevisiae dolia 20.

In Aromatibus relinquuntur Saccari capita 121 ex quibus alia sunt majora et Saccari excellentis alia deterioris vulgo Kanar. Croci libra 1 Piperis lapides 2 Zinziberis lapis 1 Amigdalorum lap. 2 $\frac{1}{2}$ Orizæ lapides 3. Olei olivarum lapides 3 $\frac{1}{2}$ Uvarum passarum majorum Lapis 1 Uvarum passarum minorum Lapides 2 Floris muscati libr 4 Cynnamomi libra 14 Caryophillorum lib. $\frac{1}{2}$ Ficuum Lapides 2 Nucum Turcicarum Lapid. 3 Limonii 100 Oliwek faska Kaparow faska. Skorek pomarańczowych funtow 2.

In Dispensa relinquuntur Muriatico szafunt et phs. Halecum doliam ~~unum~~ duo Powidel fasek.

In Provisione Quadragesimali relinquuntur Carpionum emptorum Kozmini sexagenæ 10 præter eos qui ex anno præterito empti similiter remanserant Insuper ex piscatione Stagni Gowarzeviensis carpionum sexagenæ 2 Luciorum eidem captorum sexagena 1. Hi omnes Pisces conservantur Piotrowi in Stagnello ante aulam Lucij vero in Stagnello Maruszka dicto. Relinquitur præterea in Stagnis Piotrovienssibus carpionum minorum aliorumque piscium copia magna Nam ex ijs qui mihi a RP Antecessore relicti sunt paucos admodum ad usum Collegij accepi quo ulteriori usui consulerem

In Braxatorio relinquuntur Brasei ex tritico metretæ 10 Brasei ex hordeo metretæ 80 Tritici pro Braseis apud Procuratores metretæ 200 Hordei metretæ 300 præter hæc quæ in Granario Collegij ex anno præterito restabant

In Pistrino relinquuntur Farinæ ex siligine metretæ Farinæ ex tritico metretæ.

In Stabulo relinquuntur Equi 12 præter duos qui mihi relicti a RP Antecessore omnes de novo empti Insuper relinquuntur equi duo vulgo wierzchowe Unus coloris nigri æstimatus aureis ad minimum 30 est Jeziorcys alter coloris albi in Collegio Insuper relinquuntur duæ rhedæ cum tegumentis una de novo comparata altera antiquior reparata Ephippiorum vulgo siodeł par 10 de novo comparata paria 2 ex antiquis reparata paria. Kolaska Francuska indiget reparatione. Currus comparatus ad Congregationem devehendis rebus aptus. 1. Currus usuales cum rotis ferro obductis 5 li

In Typographia relinquitur Librorum non compactorum copia ingens Æstimavit hos Præfectus Typographiæ ad 100 millia si divenderentur Insuper Typi de novo comparati exemplaria

In Horto suburbano relinquuntur olera pro hyeme asservata. aula ad Recreationes Nostrorum a RP Poninski exstructa, reparata auctaque mensis sedilibus aliaque supellectile.

In Vestiaria relinquuntur Panni Gallici pro pileis ulnæ 7 Panni crassioris nuper empti pro tibialibus ulnæ Materiæ pro palliis vulgo Szardzia sztuk dwie et ex eadem materia ulnæ pro Interula alicui danda Płótna lnianego pro indusijs putschow 2 y połek 100 Restant adhuc apud Procuratorem Jeziorcensem połek Officina hæc magnos sumptus requirit Nam per hoc Quadriennium a me comparata 7 metætoria Indusiorum et jam e Vestiarius conqueritur esse corrupta. Relinquuntur insuper de novo comparata pallia pro Patribus ex materia vulgo etamin 17 Pellicea itidem de novo comparata ex materia vulgo Kitay alias durabili 22 Castores de novo empti 16 Pellium vulpinarum blamow 2 Kołder nowych 2 Item Płocienek na Kołdry nowych. 4 In Summa quæ in Vestiaria relinquuntur monstrat Inventarium Officinæ ejus. Uti et in alijs officinis

Status Habitualis Collegii

Ex Summis Collegii in Censum locatis levatæ sunt 1º Summa 5000 locata olim in Bonis Sniaty inscripta Collegio realissime, per annos multos nihil fructificans, hærens apud Illmum Mathiam Radomicki, tandem levataque et in vim census per annos ultra 30 vix extortum ab illo unum mille, ita ut jam esset Summa 6000. Hæc ergo nescio qua arte appropriata est Fabricæ Collegij et cum ordinarentur Summæ ex mandato RP Martini Trzemperysci Provincialis unicuique officinæ propriæ, inscripta inter Summas ejusdem Fabricæ: Jussu igitur RP Jusdiewicz Provincialis hæc millia sex reddita Fabricæ Collegii et jam consumpta. 2do Levata est Summa 17 millium locata in Bonis Karniszewo apud MD Golemowski Ex quibus Summa 10000 fuit Residentiæ Wschovensis eidem reddita et locata apud MMDD Niezuchowski. Tria millia Bibliothecæ Nostræ locata apud MD Albertum Morawski una cum 500 florenis qui ex Provisionibus illi accreverunt Quatuor millia Fabricæ Templi reddita RP Præfecto Templi et locata apud Judæos Posnanienses.

Reliquæ Summæ hærent ita ut ante locatæ sunt jamque supra expressum retentos, ab illis, census non redditos Collegio, vindicandos esse.

Accessit his annis Summa trium millium inscripta a MD Rogalinska Notaria Terrestri Posnaniensi pro Sodalitate Cordis JESU hærens adhuc in Bonis Ejusdem, quam tamen quam primum se reddituram appromisit.

Accessit et alia Summa 10 pro Fabrica Collegij sed de hac nonnisi oretenus. Benefactor enim vult arcanum esse quod confecit et quisnam sit ille!

Duæ Summæ accesserunt Templo harum notitiam habet RP Præfectus Templi.

Pagos in suo esse ita relinquo ut accepi, imo melioratos in multis reddo Nam reperi Pagum Mechlin igne casuali fere absumptum, jam nunc Dei Gratia longe melius reparatum relinquo, ad instar oppiduli. Absumpta etiam igne est Aula Prædij Luciny, et hæc longe melius reparata. Pagus Kurke ab eodem igne casuali damnum maximum passus casis 18 Rusticorum absumptis sed et hic reparatus est totidem casis constructis quot flamma absumpsit. Similiter et in Pago

Stupia dicto. In quo etiam Templum Parochiale vitio Fabri non be-
ne constructum de novo construi debuit et in hoc aliquot millia sunt expensa
Reparata sunt Jeziorcijs Receptacula pro armentis vulgo Obory, constructa
de novo Taberna cum omni commoditate Hospitum commeantium. Vindica-
ti sunt Rustici subditi, sed etiam et extradit qui alieni fuerunt In Pago Zem-
sko est unus subditus Hatas dictus alias Smeto et sufficienter opulentus
quem requisivit sibi extradendum Perillris Modlibowski tanquam suum
subditum, sed cum proposuissem eidem Domino hunc Hominem ab an-
nis 30 ad Nostrum Pagum advenam duxisse in Conjugium Nostri sub-
diti alias Opulenti Filiam cum qua procreavit Filios jam labori aptos
et deinde quod is Rusticus subditus Pagi cujus nunc Possessor et Hæres
est Perillris Modlibowski, olim cum venderet Pagum hunc antiquior Hæres
si non fallor Illmus Leszczynski, cum suo Fratre a venditione exceptus
et servitijs aulæ addictus, ab illa aufugerit et ad Nostrum Pagum perve-
nerit ubi deinde cum Filia Opulenti subditi Nostri matrimonium contraxit
et deinde factus Smeto jam ab annis ultra 30 in Pago Nostro versatur
ideo humanissimis meis Literis ad se datis Perillris Modlibowski mo-
tus a repetendo illo abstinuit. Si tamen hanc Litem renovaret, hu-
manitate cum illo certandum judico, defendendusq́ hic Noster Smeto eo ma-
xime quod a Subditatu sit emancipatus ab antiquo Domino suo, pro quo ta-
men authentica documenta conquiri deberent. Constructæ et in a-
lijs pagis casæ pro subditis, constructum Molendinum in Pago Stupia
renovata nobis Lebetibus Braxatoria. In Pago Piotrowo constructa
aut potius aucta Horrea, renovata aula separata a Prædio, constru-
ctum Molendinum aqueum alias Kowcznik. Lebes novus Braxato-
rio adaptatus aliaq́ similia. Hic insinuatum velim quam maxi-
me RP Successori ut urgeantur Curatores ad reparanda in Pagis
stagna quibus olim abundabant jam nunc per siccitatem annorum
penitus aquis destituta: quæ si repararentur, liberaretur Collegium
ab ingentibus Expensis in Pisces qui hic pretio magno acquiri debent
in singulas septimanas.

Jam quantum attinet ad Collegium et Lapideas in Urbe res est o-
culis subjecta fidelibus, quibus hæc aucta sunt Inprimis in Fabrica
Collegij jam ad culmen deducta et tecto imminente exornata in Refe-
ctorio novo jam usui exhibito, in culina alijsq Officinis ad eam spe-
ctantibus extructa. Lapidea etiam maxime vero illa quæ Scho-
lis contigua est alias jam ruinam minata non parvo sumptu mu-
ris extructis aucta et tecto munita. Bursa Musicorum Collegij alias ruitura
a fundamentis reparata et tecto munita, cubiculis distincta, et alijs
ad ordinem redactis commoda. Pro cujus reparatione levata qui-
dem annuente RP Provinciali est summa consumptibilis Bursæ fl 1500 sed
plura addidisse debuit Collegium

Præter hæc aucta est Bibliotheca Collegii Libris aliquot de novo
vel emptis vel acquisitis inter quos est Tomus Bibliorum in folio Lingua
Gallica editorum. Tomuli 4 Concionum P. Burdaloue itidem Lingua Gal-
lica editorum in Octavo. Liber Martyrologij Romani auctus in 4to cum
additamentis Lingua Latina Liber de cultu Cordis JESU in 4to majori
editus a RP Francisco Gallifet Assistente Galliæ, Liber cui titulus Fasti
Societatis aliiq́ similes.

Suppleo hic quod alias ad Statum actualem fallente memoria adno-
tandum erat. 1mo Hærere apud Synagogam Posnaniensem Summam
duorum millium a Perillustri Christina de Poninsciis Zegocka Capi-
tanea Babimostensi locatam pro Anniversario Benefactricis a so-
lis Nostris Patribus et Fratribus peragendo. Ab hac Summa penditur
census Mense Octobre et indicuntur Suffragia, ac die Anniversa-
rii tractantur Nostri in Refectorio usq́ census ad solum Collegium
pertinet. 2do Hærere adhuc apud D Joannem Klippel
Mercatorem Miedzychodensem Summam Tynfonum 1434 ||10
pro lignis in Sylvis Nostris excisis quæ judicio Procuratoris Sokiercen-
sis nulli usui erant nisi ut antiquitate corrupta computrescerent jam
vero operis navalibus idonea ab Artificibus judicata sunt. Ordina-
rie enim quercus distortæ obliquæ ad tales operas adhibentur.
Ratione ergo horum Lignorum ab ipso excisorum debebatur ab illo
Summa Tynfonum 4980 Dedit in pecunia aureos 100 seu Tynfones
1400 in rebus extradidit marmor pro Templo æstimatum tynf 663
vini Gallici vasa 10 et sacchari excellentis vas magnum in quo debent
esse Capita (ut dicitur) 107 æstimatum tynf. 476 et in horum transpor-
tationem expensas annumeravit, ita ut in rebus extradiderit tyn-
fones 1512-20. Ego non annotavi in Rationibus præter pecuni-
am res ab illo acceptas, quia necdum res cum illo compositæ omnes.
Proinde RP Successoris altissimo judicio id relinquo 3tio
Hæret in Prædijs Nostris copia per Dei Gratiam justa Frumen-
ti ex messe tum anni præteriti residua tum hac æstate collecta
ut in separata pagina adnotatum relinquo. Si alia in Expensas
a Procuratoribus sustinendas convertantur saltem ex siligine cujus
jam post factam magna parte seminationem et hibernam nume-
rabantur in omnibus Prædijs Nostris sexagenæ 4185. certe su-
pra omnes Expensas nulli non clarum est debere manere justam
ejus copiam Nam si trituretur siligo illa posset dare circiter ad
8000 metretas quarum media pars saltem justum Proventum Collegio
subministrare, præsertim si cariore pretio veniat, commode potest.

Debita per Dei Gratiam nulla contraxi pro Collegio. Famulis

Collegij ut plurimum Salaria persolvi ad hoc usque tempus, præter pauca persolvenda Famulis Vestiariis. Persolutæ sunt magna ex parte obligationes tum ex Pago Jeziorki ad Xenodochium Stawonense tum ad Capellam Gostomianam Srzodæ tum alijs debitoribus ut demonstrabunt Quietationes: paucis admodum exceptis quæ hactenus non requirebantur. Adnoto tamen prætendi a Perillri Twasniewicz Canonico Archicatedrali Gnesnensi et Cathedrali Posnaniensi ac Proposito S. Magdalenæ Census olim inscriptos a Summis fl 1600 in Lapidibus quarum nec memoria exstat, tum ad Templum Parochiale tum ad alia pertinentes, porrexitque Inscriptionem legitimam RP Georgij Tyszkiewicz olim Rectoris Collegij hujus. Res dilata ad inquisitionem Quietationum a Summis ibi nominatis, sed non sunt repertæ. Optimus Prælatus esse mihi singulariter addictus reposito etiam authentico Instrumento apud me, hactenus in Causa hac silet. Inquirendæ tamen sunt Quietationes accurate, ut sciatur quid Ipsi respondendum sit, si postea urgeat et restitutionem Instrumenti et Censuum. Studij operâ RP. Procuratoris Causarum ut jam vestigium repertum sit quo comprobetur hanc Summam jam esse persolutam. Quærendæ tamen authenticæ Quietationes. Cum eodem Perillri Proposito facta est combinatio ratione Missalium et quasi Decimæ ex Pago Piotrowo, Sorte in Daszewice et in Gluszyna, quæ combinatio fieri debuit Nam prædictus Prælatus habet in Erectione Ecclesiæ in Gluszyna Decimam manipularem ex Piotrowo et Daszewice de qua etiam egit jure cum finitimis Pago Nostro Bonis et lucratus est adjudicatam sibi eandem Decimam Manipularem et insuper Missalia a Colonis: nobiscum vero æquanimiter, et quia ipsi pro Decima et Missalibus antea dabantur tantum tres metretæ siliginis et tres metretæ avenæ, nunc autem cum justa amplitudine agrorum auctum sit prædium Piotrowo conventumque cum illo ut ratione Decimæ et Missalium a Rusticis dentur ipsi ex Prædio Aulæ Piotroviensis 5 metretæ avenæ et 5 metretæ siliginis, pars autem horum secundum proportionem repetatur a Rusticis Nostris in Piotrowo et Gluszyna ad Prædium, (quod mature faciendum, antequam Rustici consumant fruges suas) Unde pro hoc anno 1730 debent prædicto Admo Proposito dari hæ 5 metretæ siliginis et 5 metretæ avenæ. Iam vero a Subditis nostris in Daszewice ipse sibi exiget Missalia. Hac ex Occasione Admi Twasniewicz dicta, redeo ad exsolutionem Obligationum a me factam. Igitur pro anno 1729 et 1730 persolutus est Census integer a Summa 25 Tynfonum Provinciæ in Pago Mechlin hærente (de quo videnda est Resignatio RP Thomæ Dore) pluribus ex Proventu Collegij additis, collatis a Curatore ex Mechlin Summæ, de qua tamen integra, quantum fieri potest, urgendus est.

Templo Nostro quæ debentur a Collegio in annos singulos magna parte exsoluta, fateor adhuc restare aliquid quod RP Successor ex Summa tradita sibi compensare dignabitur. Bursæ etiam Musicorum exsolvitur a Pagis quod ex illis debetur. A Collegio vero expunctis quæ pro P. Gluski Præfecto Bursæ persolvit Collegium in debita ab illo contracta nunc persoluti sunt fl 108 ex Censu Lesnensi, et fl 40 ex Testamentaria destinatione Perillris Zegocha Capitanei Costensis pro anniversarijs.

Super hæc omnia relinquo Censum a Judæis Lesnensibus pendendi Ratam 1 pro Festo S Michaelis proxime elapso fl 414 - 24 quæ proxime ad manus deveniet, pro qua et Quietatio data hæret in manibus illis de quibus scit C Fryk. ~~Dukat~~ ~~...~~ Jam quidem hanc Ratam miserant Sed quia aurei non fuerant valoris justi ideo remissum est illis totum, per C Fryk repetendum. Relinquo et ferramenta vulgo okow ad Fenestras 13 Collegij novi empta Francofurti et jam omnia persoluta. Item duo Zamki Francuskie ibidem comparata ad fores cubiculorum: aut Officinarum alia quoque eo spectantia ferramenta. Relinquo et ceræ flavæ Lapides 6 et 2 pondo Ex hac si placuerit poterit Templo restitui aliquid Æstimatur enim fl 226 gr 26 Relinquo ceræ candidæ Lapides hæc empta est ut serviat Devotionibus Cordis JESU Sodalitatis. Relinquuntur in Granario ferri Suetici partes et in Archivo ferri Masovici szyn. Instrumenta Juridica tum apud P. Procuratorem Causarum relinquo, tum quæ hic reperiuntur in manus trado. Horologia duo mensalia accesserunt antiquis. Reliqua tum ex Antiquioribus Resignationibus petenda tum de alijs Informatio haberi potest a P Poradowski aut aliunde Circumstantiæ Temporis excusent, quod mancum esse videbitur

Joannes Sitkowski S.J. mpp. Joannes Radominski S.J. mpp

Resignatio Officij Vicerectoris à P. Joanne Radominski ad tempus designati Vicerectore in manus R.P. Martini Trampczynski Rectoris Collegij Posnaniensis venientiali die 5. Junij

Anno 1731

Status actualis Collegij

In Archivo Collegij relinquuntur in parata pecunia ad Solum Collegium pertinente imprimis in aureis 1058 qui per 18 flor. computati faciunt flor. 19044. In imperialibus solidis 500. qui faciunt flor. 4000. Tynfones 1621 fa. flor 1293 8. In Solidis flor 150. Hæc simul sumpta faciunt totalem Summam flor. 24487 gro 8.

In hac Summa includuntur 4. millia à P. Stanislao Haramowski: et flor. 1200 à Perillri Possessatrice Collegio oblata; uti includebantur in Summa à R.P. Witkowski relicta, de quibus etiam, uberior ab illo relicta est informatio; in Ejus resignatione.

Relinquuntur insuper apud Curatores pagorum; item in Officinis Typographica et Apothecæ, tot floreni, quot in Restante annotantur in Eorum rationibus in Mense Majo Anni ejus 1731.

In debitis item ea ferme omnia relinquo, quæ reliquit R.P. Witkowski, nec enim mihi erat commoditas per tantillum temporis illa omnia vindicandi, tum ab insufficientibus ad Solvendum, tum à perperam reddere nolentibus debitoribus, à quibus donec jure adigantur, à quibus utique multis et R.P. Witkowski toto quadriennio (ut ipse annotat) nihil extorsit.

Recepi nihilominus à Perillustri Rogalinska Notaria Terrestri Posnaniensi flor. 146. ad rationem pensionis Annuæ ex lapidea quam incolit. A Domino item Groff Pictore non tam recepi, quam potius expensi illi flor. 300 pro deauratione et alio labore circa tabulata 5. in novo Refectorio parietibus affixa.

Recepi tandem à Dño Klippel Mercatore Miedzychodiensi imò jam et Posnaniensi debitum tynfonum 1434. gro 10. Insuper contractum à R. Pribus Prædecessoribus cum illo factum confirmavi ad annos pro excindendis quercubus etc. in Sylvis Miedlinensibus; quas statim et excidit præsenti hyeme, illas tamen (ut semper solet) usque futuri anni 1732. anno vere exportabit et tunc pretium Collegio solvet.

In censibus retentis pariter integerrimè totum relinquo, quod R.P. Witkowski relictum annotavit. Usque enim circa festum S. Joannis hi regeri solent.

Pignus cujus mentionem facit R.P. Rector præteritus, in eodem loco relinquo, in quo is illud reliquit.

In rebus ad consumptionem relinquuntur.

Boves ad Culinam circiter 20. Salis tunnas circiter 15. Vini Hungarici Antalia 3. hoc ipsa et hujus identicè Vini, quod et cujus, reliquit R.P. Witkowski. Insuper Vini ibidem Hungarici dolia circiter 17, à Dño Premor advecta. Dederat illi pro Vino hoc R.P. Witkowski florenos Polon. 3780: ego pro vectura et gabellis, (quas eo deficiente pecunia solvere (cujus Premor non posset, verbo Religioso se soluturum obligavit) exsolvi prope duo millia uti annotatum est in Rationibus Collegij. Insuper Vini Gallici vasa majora vulgo Oxhoffte circiter 4. Item Vini Hispanici dulcioris vulgo Kanarsekt simile vas majus integerrimè plenum. Mulsi dolia circiter 3.

Aromata ferme omnia, in eadem quantitate relinquo, in qua, à R.P. Antecessore accepi, quia si quid deficiebant, Francofurto alia provenirari, excepto Saccaro, quod siquidem in magna quantitate relictum est,

non judicavi emendum de novo. Manserunt adhuc capita 85. xxx ex relictis à R.P. Antecessore.

In Dispensa remanent Muniakas plus quam Szasunt. et Halecum dolia nisi fallor 9.

In Braxatorio manet brasei tantum, quantum sufficiet ad illud tempus quo CC. Procuratores post collectas messes, frumenta pro novo braseo suppeditare solent.

In Stabulo relinquuntur equi 11. 12mus ipso Senio confectus decessit circa Pascha. Insuper relinquo et equum illum nigri coloris, à R.P. Antecessore in Ejus Resignatione 30 aureis æstimatum, ego nec 24. aureos ab ullo Emptore extorquere pro illo potui. Alter Equus albi coloris venditus est 5. aureis, et vix quidem hi pro illo dati, quia erat rupstus. in cursu, præcipue tempore æstivo, totus identidem in terras pronus tota mole corporis corruebat.

Relinquitur et alia supellex Stabuli tota, quanta quanta relicta est à R.P. Witkowski cum Curribus ijsdem omnibus Ephippijs bonis etc. Si quæ ipso usu erant attrita, quoties opus erat reparari curavi.

In Vestiaria relinquitur unum integrum involucrum vulgo postaw et plusquam medietas alterius; panni Gallici pro Patribus Veteranis residui ex illo qui pro vestibus novis jam est distributus. Reliqua ferme omnia ibidem relinquuntur uti relicta annotantur à R.P. Witkowski. Ego Castores aliquot emi.

Status Habitualis

Manet integrè idem qui est relictus à R.P. Antecessore. Nulla ex illo capitalis Summa decessit. Nulla levata, nulla translata. Unicum adverto quod R.P. Witkowski 4. millia Fabricæ Templi sub finem sui regiminis levata, memorat Patri Præfecto Fabricæ Templi reddita, quæ tamen reddita sunt Patri Præfecto Fabricæ Collegij, et ille ea locavit, ac fructus ab illis percipit uti et ab alijs Summis Fabricæ Templi, ex dispositione et ordinatione R.P. Joannis Juskiewicz Præpositi Provincialis.

Templo accessit Summa 10 millium ex dono Perillustris Annæ Butakowska Pocillatricis Posnaniensis ea intentione, ut 9 millia templo tota fructificent, à 1000 autem mille provisio, in Sacrificia Missæ distribui debet, ad eam intentionem faciendam, ad quod illa fieri expedire judicaverit Præfectus Templi. Locata est hæc Summa in Januario Anni Currentis 1731 apud Synagogam Wronecensem quæ ad 7. annos obligavit sed ad solvendam provisionem per 8. à 100 Medietas provisionis Perillri Benefactrici reddenda est quamdiu vivet post fata ejus tota Templo cedet. Et alia Summa trium millium ab eadem Benefactrice ferme de novo accessit Templo; etsi enim ante aliquot annos hæc Summa locata sit apud Synagogam Posnaniensem nondum tamen declaraverat Benefactrix, cui provisio ex usura esset: nunc tandem mihi declaravit fructificaturam Templo in perpetuum, uti jam et fructificat totaliter.

~~Frumenta in prædijs~~ Pagi in eodem esse et Statu relinquuntur in quo relicti sunt à R.P. Rectore præterito. Frumenta tota in ijsdem relinquo; Ex solo Prædio Piotrowo aliquot decades metretarum vendi jussi; quia non erat locus asservando, et interea triturari debuit, ut stramen pro alendis pecoribus provideremur.

Lanam integram ex tonsione Verna in omnibus prædijs relinquo.

Joannes Radominski S.J.
m.p.

#.

Resignatio Officii v Rectoris per P. Stephano Swinarski designato post fata luctuosissima Rdi P. Martini Trampczynski p: m: Rectoris, ad Tempus v Rectore. in manus R. P. Nicolai Naramowski Rectoris Collegii Posnaniensis Societatis IESU renuntiati 13tia Aprilis. 1733.

1 Relinquuntur imprimis in Archivo Collegii pecuniæ ad solum Collegium pertinentis aurei in specie 1000 seu flor. Polon. 18000 Item apud Synagogam Judæorum Posnaniensium tria millia florenorum Polonicalium, ad arbitrarium tempus a p. m. Antecessore meo iisdem concessa cum assecuratione solvendæ proportionatæ provisionis, cujus alteram medietatem 6 Junii anno currente una cum præfata integra summa soluturi sunt. (videatur Syngrapha eorundem) Porro cum hæc Summa ex resta Collegii desumpta eandem semper ingrediebatur, idcirco etiam ego illam restæ insero. Relinquuntur præterea in cubiculo R. P. Rectoris aurei in specie 42. seu 756 floreni Polonicales item in Tynfis 399. floreni Polonicales 494 Item in solidis flor 13. et asses 5.

Summa relictorum flor. 22263.= 5.

2 Relinquuntur præterea pro Fabrica Collegii. fl: Polon. 1618.—3 Scilicet apud P. Ministrum juxta Syngraphas Judæorum recepti et recipiendi flor. 396. in Cubiculo R. P. Rectoris aurei in specie 67. qui faciunt flor. Polon. 1206. Item ibidem in currente moneta floreni 16 et asses 25. quæ omnia efficiunt summam 1618 " 3.

Relinquuntur præterea in Archivo duo millia fl. Pol. quæ R. P. Sczaniecki obtulit ad expungenda pariter duo millia ex summa 5 millium ad Collegium pertinente locata in bonis Rustici MM. DD. Sczanieckich. Est Syngrapha penes eandem pecuniam subscripta a R. P. Sczaniecki et p. m. Antecessore et informatio de eadem Summa in Resignationibus tum Rdi P. Sczaniecki tum Rdi P. Witkowski p. m.

Præterea apud Curatores Jeziorcensem flor. 205 " 28 Sickiercensem flor. 325 Mechlin. 42.

Summa universalis relictorum 26454 " 8

3 Relinquuntur præterea in officinis Apothecæ et Typographiæ Resta ultimi mensis ut patebit ex rationibus illorum. C. Bremer Præfectus Typographiæ constituit et spopondit Rdo P. Antecessori ex Typographia in annum centum Hungaricales. exiguam quidem portionem. Nam cerevisia, victus mansio pro famulis Typographiæ ipsiusque Domini subsistentia in hoc collegio, merito taxari potest duobus et ultra millibus florenorum Polonicalium. Ego ab illo nonnisi aureos 18 accepi ut patet ex rationibus Mensis Februarii.

4 Relinquo item R. P. Successori Ratam pro Paschate incidentem a Judæis Lesnensibus item censum a Civitate Vschovensi quæ ambæ summæ sufficientissime imo superabundanter expungent debitum pro panno Lesnensi pro Thesibus 4ti anni et Magistris comparato, quare sicut præfata percepta ita quoque expensa in præfatum pannum rationibus Mensis Aprilis inserenda erunt.

5 Relinquo item in parata pecunia aureorum 75. et Tynfonum 10. pro panno Sacerdotali, (Tynfonibus 14 computando unum aureum. quemadmodum etiam illum accepi) Tynfones 990. Hæc pecunia in agonia mei v Gubernii accepta est a Dno Joanne Klippel Mercatore Posnaniensi ad rationem excisarum arborum in Sylvis nostris, et præter hanc relictam fere in individuo. aurei ab eodem accepti 10. expensi in Aprili rationibus Mensis istius inserti sunt. Porro cum antecedentibus mensibus nempe Decembri et Januario acceperim ab illo in rebus, scilicet vino Gallico, Rhenano Piscibus etc. Tynfones 1072. qui conjuncti 10 aureis expensis. et 75 relictis ac Tynfonibus 10. efficiunt Summam 2272 Tynfonum idcirco data est illi quietatio ad rationem pro excisis quer[cubus] persolutis Collegio Tynf: 2272. Quot vero exciderit et quantum adhuc debeat informabit de mo Curator Mechlinensis. de Rdi Tractus. sub Antecessore meo factus. in qua pretium tam quercubus quam pinastris singulis impositum. Percepta et expensa simul inserenda erit mense ipsi vel alio prout allubuerit. Quare computatis omnibus nempe et residuo 26454 " 8. et Lesnensi atque Wschovensi undeque præfata pecunia debitisque tum a Typographia. tum aliis proxime recipiendis a Dno Stefanowicz Cive Posnaniensi fidejussore debiti Rzepecciani. Prodibit Summa superans facile viginti octo millia.

6. Debita passiva Collegio nostro, relinquo in antiquo Statu ex istis enim nullum vindicare potui quamvis ursissem. Unicum est Rzepeccianum, de quo videatur resignatio R. P. p. m. Witkowski quod contractu nobiscum facto assecuravit se per ratas exsoluturum Dnus Stefanowicz videatur tractus apud Ministrum ex hoc debito 1500 florenorum accepi in Januario 300 florenos a præfato D. Stefanowicz illosque inserui rationibus mensis Januarii. alteram ratam pro Paschate solvendam. Spondet etiamnum brevi se exsoluturum.

Census a Summis pariter nullos recepi. quare remanent integri cum suis capitalibus

apud possessores bonorum in quibus sunt inscripti. Censum ex bonis Stryko wo et Sapowice Tutores minorennium haeredum, quamvis urgerentur non sunt dignati solvere. Illmus quoq Generalis Stlus Poloniæ a summa in bonis Karez haerente quamvis alias spoponderit mihi excurrenti hoc in puncto, hactenus sufframinat negotium.

Pignus seu rządzik polowy nunquam ab extraneis haeredibus eximendum vendidi, taxatum quidem nonnisi florenis 100. Sed ego plus accepi ut patt. ex rnibus perceptarum Mensis Martii

In rebus ad consumptionem relinquuntur

Boves ad Macellum 32. Salis dolia 15. Vini Hungarici praestantes dolia Semiduo Item Antalia 4, Item vini Hungarici ordinarii Semi 4tuor. Item Vini deterioris tum pro piscalis tum pro acetis Vini Gallici veteris 3 dolia alias 3 Oxefty. vini Gallici Recentioris 1 doleu 1 oxeft, vini Gallici veterrimi doliolum 12 ollarum. Mulsi quinq dolia plena, Mellis doliolum

Aromata in specie et pondere sequenti relinquo. Oryzæ lapides 3 Piperis fere lapides tres. Amygdalarum lapides duo uvarum passarum norum lapis 1 Earundem jorum lapides 3 Cynamomi libræ tres Muscati floris libra 1 Nucum Muscatarum libra 1. Miodownika szruk 8 Zinziberis lapides fermè tres. Sacari Capita 17 Croci foliati libra 1 Contriti Croci tres partes librae Ficuum librae 2. Muriatica sza funt. Anguillarum et Murenularum duo Dolia Sescotra. puszkamienia Olei Olivarum Lapis 1. Libum Thorunense 1. Liba minora seu katarzynki 20. Salmones fumati tres. Poma limonia 16 Baccarum Olivarum, olla una. Kaparow media olla. Halecum Semiduo dolia

In Braxatorio manet tum Brasei quantum sufficit ad coquendam cerevisiam ad illud tempus donec CC Curatores post collectam messem denovo suppeditare soleant.

In Stabulo Collegii relinquo equos 12 emi ex illis 5 non magno unius pretio ut patt ex rnibus Martii, in locum quatuor Venditorum cum magno lucro collegii. fere enim alterum tantum lucratus sum quantum pro illis exposuerim. Relinquitur praeterea supellex stabuli tota imo aucta tum Rheda post mortem Rdi P. Rectoris empta a Provincia et novis rotis munita, tum rotis de novo comparatis et ferro subductis tum curribus fere duobus de novo integre reparatis.

In Vestiaria accesserunt tum pro indusiis tum pro strophiis tum pro integumentis pulvinarium carbasi sexaginta sex et dimidia. Item pelliceum [illegible] integrum et fere novum praeter inventaria tam rerum quam linea et lanea supellectilis in visitatione Collegii lustrata

Status habitualis

117

Idem omnino est, qui fuit olim nulla summa levatus nulla auctus. De 2bus millibus ex bonis Rutki quasi lvatis et nostro Collegio persolutis videat R.P. Szanecki et R.P. Trzmpczyn ski Conventio cetera Superius.

In pagis quanta sit melioratio res est oculis subjecta fidelibus. In Pago Piotrowo cum praeterito anno, nulli venditi sunt verveces manent pro hoc venno vendendi prope 100.

Huc addendum, est quamvis intempestivi, certissimum Collegii debitum a P. Szczepanowski qui 8 aureos sibi ab Antecessore meo concessos spopondit se restituturum, ut patt ex literis R.P. Praesidis Jaroslaviensis quarum optime conscius est R.P. Rector.

Frumentum jam paratum et aptum vendi relinquo omne R.P. Successori ex illo vendito, medio saltem pretio coagmentabitur summa plurium millium. Ejusdem frumenti etiam in Piotrowo est bona copia.

Nicolaus Navamowski S.J.

Stephanus Swinarski Soctis Jesu

117

A. M. D. G.

Resignatio Officii Rectoris Collegii Posnaniensis Soc: IESU, facta à R.P. Nicolao Naramowski ex Officio decedente, in manus R.P. Ioannis Cywinski Anno 1737. Mense Ianuario Die 2da.

Status Habitualis, Collegii.

Aluit Collegium Annis Officii Mei Personas 315. Nimirum Anno 1733, Personas 84. Anno 1734 Personas 76. Anno 1735 Personas 75. Anno 1736 Personas 80.

Bona Collegii

Bona Hæreditaria Collegii eadem inveniuntur quo ad substantiam, ut in superioribus descripta sunt Resignationibus. Eadem tamen Bona tum per transeuntem, tum evagantem hinc inde Exterum, et Polonum militem, tum per graves contributiones Saxonicas, tum grandinem, sterilitatem agrorum, et impedimenta militaria ad excolendum, et seminandum agrum, ut extorsiones, hominum, equorum, boum, tum per communem omnibus cladem, scilicet per fata agrestium, Equorum, boum, ovium, et vel maximè per inundationem aquarum, aliquantum quo ad Provisiones diminuta. In locum tamen demortuorum agrestium curabant, et curant Procuratores substituere alios. Excepto ovili, et pecoribus, propter universalem contagionis perseverantiam, quæ timebantur et adhuc timentur comparari, arcente pecorum et ovium evidenti infectione, et decessu, ac inde Pagorum detrimento.

Bona Mechlinensia exiguum annis præteritis fecerunt Proventum ob permeantes continuos milites, et tractum bellicum, contributiones expositas, alimoniam extraditam et emunctam: tum maximè hoc anno ob inundationem aquarum, et uberrimos tempore verno et æstivo imbrium et aquarum fluxus. Proinde à Summa 2000 ~~millium~~ Tynfonum Census, aut diminutus, aut non perceptus.

Summæ Censuales.

Eædem habentur, ut in superioribus notantur Resignationibus. Nisi, quòd

1mò. Aliquantum immutata sit Summa in Bonis Murka hærens. Nimirum, hæc Summa integra spectabat ad Collegium, nunc autem, nisi tria millia spectant ad Collegium, duo millia ad Templum, ex eo, quod duo millia reposuerit R.P. Stephanus Szraniecki in locum duorum millium spectantium ad Collegium. Videatur hujus repositionis Syngrapha Patris Szraniecki, ratione istorum duorum millium concernentium Templum, data 19. 7br: Anno 1732. Hicque notandum, quòd ad Annum 1732 ab integrà Summà quinque millium florenorum census reddi debeat Collegio. Ab Anno verò 1732 quo reposita sunt duo Millia Collegio, à R.P. Szraniecki, non nisi à tribus millibus Collegio, duobus millibus Templo pendi debeat census. Repetendi tamen sunt Census integri à M.D. Szranieccis ex Bonis Murka à quinque millibus Collegio provenientes, nec doceri debent, quænam facta est privata combinatio, inter Collegium, et Templum.

2dò. A Summa Septemdecim millium ex Bonis Tulibowo Census percipiebat tum Collegium tum Templum, tum Bursa. Fuimus in Possessione eorundem Bonorum et illa elocavimus M.Dnô Murzynowski, ante fata R.P. Martini Trąmpczyński, sed immediatè ante prædicta fata M.Dnus Hrosnowski ex Decreto Iuridico expulit ex iisdem Bonis M.Dnum Murzynowski ac illa deoccupavit, tenetque hucusque, censusque cessavit. Nihil hucusque in hac resuscitanda causa actum cum illo, ob impedimentum publicarum Regni Revolutionum. Lis est attentanda. Videantur fusius munimenta Iuridica, Resignationes et litteræ R.P. Laurentii Marcieuski porrectæ Anno 1733.

3tiò. Levata est Summa Sex millium ex Bonis Kicki, et Stawiany ad Elocationem ab

Illustrissimo Michaële Rzaczynski Palatino Calissiensi, nunc Possessore: cui à P. Procuratore Causarum Nomine R.P. Rectoris et Totius Collegii data est transfusio, et Processus causae Anno 1736.

4tò Levata est Summa trium millium Florenorum, ex Bonis Wiewo, et data est Quietatio à Collegio. Haec Spectat ad Elocationem.

5tò. A Iudaeis Pysdrensibus levati sunt in Tynfonibus — 700 — Floreni — 886 — gr — 20 — ad Elocationem.

6tò. Ad Summas Censuales pertinet etiam R.P. Jacobi Zapolski Summa Quinque millium, inscripta in Castro Siradiensi, Collegio Posnaniensi, in Bonis Sui Fratris Germani. Videatur Inscriptio in Castro, eodem, et Historia Collegii de hoc, et sis attendenda.

7mò. Accessit pro Fabrica Collegii Summa Decem millium, non quod sit nova Ejus inscriptio, sed quod sit Collegium in Possessione Ejusdem Summae, et Censum percipit, quem Stante vita Sua Perillustris Benefactrix percipiebat in Suum Usum. Haeret apud Iudaeos Posnanienses.

8vò. Summa unius Mille non quod sit pariter recens inscripta, sed quod post fata Perillustris Collatricis Censum percipit Collegium. Haeret pariter apud Iudaeos Posnanienses.

9nò. Accessit Summa Quatuor millium ad Censum elocanda in Usum Collegii, à Patre Stanislao Naramowski exposita, non quod haec Summa sit noviter inscripta, sed quod sit nunc exempta ex Rationibus Collegii ad Elocationem, juxta mentem Collatoris.

Summae Censuales Templi Bursae Bibliothecae, Congregationis Bonae Mortis, Cordis JESU, videantur apud Suos Praefectos.

Fundi.

Quinam sunt Elocati, aut elocandi post reparationem, qui, tum per Saxonum inhabitationem, et commorationem, tum per aquarum inundationem, aliquantum desolati. De his videatur informatio Separata, relicta penes Patrem Ministrum. Item, quinam spectant ad Collegium et qui ad Fabricam Collegii, et Bursam, videantur Resignationes anteriores.

Status Actualis, Collegii.

Relinquo in parata Pecunia — — flor:	63946	6	2
Nimirum			
In Aureis — — 3046 — — — flor:	54828		
In Tynfonibus — 6480 — — flor:	8208		
In Imperialibus — 110 — — flor:	880		
In Varia Moneta — — — flor:	30	6	2
Aureus Nummus computatus — flor. 18.			
Tynf: — — — — — flor. 1 gr. 8.			
Imperi: — — flor. 8.			
Et haec Pecunia in manus R.P. Rectoris deponitur.			
Ex hac Summa relicta separanda erunt ad Elocationem.			
1mò Summa ex Bonis Stawiany levata — — flor:	6000		
2dò. Summa, de qua supra Sub Numero 1mo in Summis Censualibus — fl:	2000		
3tiò. A Iudaeis Pysdrensibus Summa pariter ad Elocationem Spectans — flor:	886	20	
4tò. Summa à Patre Stanislao Naramowski inscripta Collegio, et hucusque in rationibus posita, nunc exempta, ad Elocationem danda, ex annutu R.P. Provincialis — flor:	4000		
5tò. Summa ex Bonis Wiewo levata, ad Elocationem pariter deponenda — — — flor:	3000		
6tò. Summa insuper ad Usum Fabricae Collegii — — — flor:	1333	15	

Reliquum summæ supra expressæ cedet in Usum Collegii. Nimirum — flor. 46726 — gr. 1 — s. 2

Quæ autem relinquuntur in Pecunia apud Procuratores, non numerantur in ista Summa relicta; videantur Rationes Anni 1736 Mensis Decembris. Et quæ relinquuntur apud Patrem Præfectum Templi, Bursæ, Præfectos Typographiæ, Bibliothecæ, Apothecæ, Congregationis Bonæ Mortis, Congregationum Studiosorum, Congregationis Cordis Jesu videantur illorum Rationes. Neq. etiam hæ veniunt in Summam expressam superius.

Præterea relinquo in Rebus.

Boves ad macellum, 16, Porcellos ad saginandum 3. Lignorum Strues. 120. Salis Dolia Brandeburgica 1. Polonica, dolia, 30. Sevi liquati lapides — 9. — Halecum dolia, 3. Muriaticorum lapides. 25. Acipenseris doliolum unum. Ceræ orbem unum. Instrumenta arcularia plurima in separato Elencho. Ad ulteriorem Collegii Fabricam asseres pineos — 81 — Quercinos — 70. Item ad ulteriorem Collegii novam Fabricam cubilia nova fornium 5. Cubilia nova fenestrarum — 3. Calcis aquâ pridem perfusæ fornaces. circ. 4. Lateris excocti millia — 30000 Claustra ferrea, ad cubicula novæ Fabricæ, cum cardinibus — 4. Claustra ferrea majora sine cardinibus — 2 — Clavorum Magnorum Sexagenas — 9, et — 30 — insuper. Laterum cumulum insigniorem, restantem, post dirutum vetus Collegium.

In Dispensa.

Ad hanc singulis Septimanis contribuunt Procuratores, nunc augendo, nunc diminuendo Provisionem pro numero Personarum. Videatur de his uti et de aliis quænam contribuere debent Procuratores ad Collegium Separatus libellus.

In Braxatorio

Cerevisiæ dolia — 21 — Lupuli, trimedimnos, plus quàm, 40. Ad hoc Procuratores solent convehere pro parandis braseis, incipiendo à Mense Octobri, nimirum ex Parte Seriorcensi hordei metretas — 150, tritici metretas — 100. Totidem ex Parte Siekiercensi. In hunc Annum Procurator Seriorcensis dedit hordei metretas — 70 — tritici metretas — 20. Procurator verò Siekiercensis nihil exposuit; urgendi erunt ad devectionem ad Collegium.

In Cellario.

Vini Hungarici dolia — 12 — plena, 13tium expendi.
Vini Gallici — dolia — 4 — plena vulgò Ockefty.
Mellis crudi dolia majora — 4 — plena.
Mulsi, dolia majora, potabilis — 1 — plena.
Vini antiquissimi pro Infirmis doliolum parvum — 1.

In Aromatibus

Piperis — — lapides — 2 — et Libras — 6 —
Zynziberis — lapidem. — 1.
Uvarum Passarum Minorum, lapides — 6 —
Uvarum Passarum Majorum, lapides — 7 —
Oryzæ — — lapides — 4, libras — 6. — Uncias — 8 —
Amygdalorum ponderis Francofurtici — lap — 5.
Sacchari — — — lapides — 2 — pondo — 16.
Croci Foliati, Libram — 1 — ponderis Francofurtici et Uncias — — 24.
Nucis Moschatæ — — — Uncias — 26 —
Floris Moschati — — — Uncias — 22 —
Caryophillorum — — — Uncias — 20 —
Cumeni — — — lapis — — 1.
Placentarum Mellitarum, seu Miodowniku: Tabulas — 4 —
Olei Olivarum duas lagenas Stanneas, Magnam et Parvam.
Gallarum, Libras — 12 —

In Vestiaria.

Indusiorum novorum, mutatoria — 3 —
Antiqua indusia — — — — N. — 4 oo
Strophiorum novorum, mutatoria — 3 — et insuper Strophia — 33 In universum Strophia Nova — 533
Strophiorum antiquorum, mutatoria. — 3 —

Mappas Majores, et Minores bonas — — 69.
Panni Gallici vestem — 1. novam.
Panni Gallici Ulnas — 12 —
Lupinis pellib9 subductas Vestes Viales, pro hyeme — 5.
Exuvias ursinas — — — 3 —
Coria Cervina — — — — 3 —
Coria vitulina præparata, pro fæmoralib9 — 135 —
Coria vitulina præparata, et denigrata, pro calceamentis — — — — — — — 27 —
Coria ad subductionem calceamentorum — — 50.
Coria agnina expurgata — — — — — 200
Agnina focalia — — — — — 60.
Castores — — — — — 5.
Telæ crassioris volumina — — — — 92 —
Smegmatis doliola — Semi — duo —
Telæ tenuioris volumina — — — — 20 —

Reliqua, ut in Sindonibus, culcitris, mappulis, togis. Recentibus, et antiquis pallis, pelliceis. Tibialibus, etc: etc: et, quæ per hoc triennium accesserunt, vel decesserunt, patebunt ex Inventario Vestiariæ.

In Refectorio

Quæ accesserunt, vel decesserunt docebit Inventarium Refectorii.

In Culinâ, Officina Ferrariâ, Arcularia, Braxatorio, Apothecâ, Typographiâ, quidnam accessit vel decessit ostendent earum Inventaria.

In Bibliotheca, quid in rebus continetur, et quot sive coëmpti, sive conquisiti sunt libri patebit ex Elencho ejus, et inscriptione librorum.

Insuper Relinquo

Horologia Mensalia 5, et duo ad illa Operimenta. Parietinum, sextum.

In Stabulo.

Relinquo Equos — — — 12
Ex his octo spectabunt ad Fabricam Collegii. Reliqui ad Usum Collegii.

Currus duos tectos reparatos, et tertium reparandum.
Currum unum ferro circumductum ad vialia itinerantium devehenda.
Currus obductos ferro — 4 — Ex his duo, vel tres spectabunt ad Fabricam Collegii, et ad Usum Collegii, unus, vel duo currus.
Trahas unas ad Usum R. P. Rectoris.
Præterea Equi — 4 — dati sunt ex Collegio Curatori Siekiercensi, duo fato decesserunt, duobus adhuc utitur.

In Bonis Omnibus.

Frumenti Anni præteriti reperitur.
Quantum verò de frumento in omnibus Bonis ad conseminationem hyemalem est expositum, tum Inventarium Subditorum, pecorum, ovium, tum libri Curatorum docebunt.

In Censibus Retentis, et Debitis.

	flor.	
1mò Apud Illustrissimum Generalem Majoris Poloniæ Ludovicum Szołdrski à Septem millibus, ab Anno 1723 inclusivè Provisionis — — flor.	6860	
Census hic à Septem millibus retentus cedere debet Templo à quatuor millibus, à tribus vero millib9 Collegio.		
2dò. Apud M. Dnos Sczanieccios ex Bonis Murka à Summâ quinque Millium ab Anno 1725 inclusivè — — — — — flor.	4200	
Census à duobus millibus, ab Anno redditorum duorum millium, de quibus supra dictum est, cedere debet Templo, à tribus verò millibus Collegio.		
3tiò. Apud M. Dnam Taczanowska cum Successoribus, post fata M. Dni mariti sui ex Bonis Matkowo à Summâ duorum millium ad Annum 1736 — — — — flor.	1368.	

#

	Floreni	Grossi
4to. Apud Possessores Bonorum Strykow, à Summâ duorum millium pro Anno 1736. — — — — flor.	140	
5to. Apud Illrmum Castellanum Calissiensem Mycielski ex Bonis Hisze wo à Summâ flor. 1500 pro Anno 1736 floreni — — — — — —	105.	
6to. Apud Possessores Poranice ex iisdem Bonis à Summâ quinque millium pro Anno 1736 — — — flor.	350.	
Censum hunc exsolvit Dominus Smid, Civis Cracoviensis.		
7mo. Apud Dominum Hinczá Civem Posnaniensem — — — — flor.	1500	
8vo. Apud M Dnum Stefano wicz — — — — flor.	100	
9no. Apud Cives Posnanienses à Summa duodecim millium Provisiones, de qua videantur rationes anteriores et quantum debeant, calculus cum il lis esset ineundus.		
10. Ex Bonis Tulibowo quan tum debeat eorum Possessor post deoc cupata Bona, patebit ex informatione supra posita.		
Census ab hac Summâ, partim Templo, partim Bursæ, partim in suf fragia Animæ cedere debet. Reli gionum Collegio.		
11. Apud M Dnum Murzyno wski, Tenutarium ante deoccupationem ab alio prædictorum Bonorum Tuli bowo, ex iisdem Bonis Tynf. circiter — 500, seu, Flor. —	633	10
12. Apud Judæos Posnanienses à Summa Decem millium, Spectante ad Fa bricam Collegii Ratha pro Festo S Trium Regum in Anno 1737. Nimirum — — flor.	350.	
Census hic integer debet cedere pro Fa brica Collegii		

#

13. Apud eosdem Judæos à Summâ florenorum mille Ratha pro Festo S Trium Regum in Anno 1737. — — flor.	35	
Census hic Collegio cedit		
14. Apud Successores Marci Pinkes Judæi Posnaniensis, ad quos post fata ejus devolutum est debitum — — — flor.	1347	15
15. Apud Judæam, Uxorem Marci — fl.	60	
16. Apud Fabricam Templi, antiqui Collegio Debiti, ut videndum est in antiqui oribus Resignationibus — — — — flor.	9090	8
17. Apud Subditos Partis Jeziorcensis Piscatores Nupenses pro 3bg Annis — fl.	726	
Apud Subditos Lemscenses, itidem pro 3bus Annis — — — — fl.	120	
Apud Subditos Sremenses pro 3bg pariter Annis — — — — flor.	180.	
Apud Procuratorem Piotrowiensem ex cauponis antiqui debiti flor. — — — Ut in Rationibus Procuratoris Piotrowi ensis Notatur		
Apud eundem pro Oleribus An ni 1736, ut in iisdem reperis Rationibg — fl.		
Apud eundem pro lacticiniis An ni 1736 — — — — — — flor.		
Apud eundem pro minutiis volati lium, et aliarum rerum domesticarum, ut ex ejus Rationibg patebit — — — flor.		
Apud eundem ex Pomario — — fl.	40.	

Quantum vero Coloni ex Utraque Parte, tam Jeziorcensi, quam Siekiercen si pendere debeant, singuli in Annum docebunt Resignationes antiquiores. Ego per meos annos nihil percepi, aut pro pter conniventiam factam Subditis à Pro curatoribus, aut per negligentiam Procu ratorum.

18. Apud M Dnum Gorzeński, post
fata M Dnæ Glinicka Virginis, Sepultæ
in nostro Templo — — — — flor. 1000

Ex hac Summâ, congruum est, ut ce:
dat etiam aliquid in Suffragium Ani:
mæ, et Templo.

19. Apud Illrmum Mathiam Ko:
źminski Castellanum Posnaniensem. fl. 4000

Hæc Summa integra cedere debet
in Fabricam Collegii.

20. Apud Illustrissimum, et Reverendis:
simum Wielewieyski Episcopum Cambi:
nosopolitanum Summa flor. 8000 Reli:
quum, circiter — — — — fl. 3000

Residuum Summæ, et Census à re:
siduo istius Summæ Spectat ad Fabri:
cam Collegii. Quantum autem de Sum:
mæ residuo debet, videantur Rationes Fa:
bricæ Collegii, tum etiam Resignatio An:
ni 1703.

21. Apud Successores Perillris Jo:
annis Zacki Castellani Calissiens flor. 900.
Exstat pignus ab illo datum, quod relin:
quo, vestis scilicet muliebris, seu Manta,
taxata Tinf: 200, vix autem valet Tinf:
100. A taxâ, dati flor. 2. Cæterum ex:
punctis flor. 276. grs. 24, pro acceptis
ab illo asseribus. 346. Restant adhuc
recipiendi — — — — flor. 369. 26

Resta hæc Spectat ad Fabricam
Collegii.

Notandum.

1mò. Quod à Judæis Posnaniensibus Census
Singulis hebdomadis per Annum exsolvatur Col:
legio. flor. 110. grs. 21. 5. 1.

2dò. Judæi Posnanienses à Summâ Zegoc:
cyanâ duorum millium, inscriptâ à Perillri Capita:
neâ Babimostiensi, pendunt in Annum, pro
Festo S Joannis Baptistæ — — flor. — 140 —

Census hic cedit Collegio, pro tractatione Nostrorum
Die Anniversariâ.

3tiò. Judæi Lesnenses Singulis quatuor Rathis,
nimirum, 1mâ Rathâ pro Festo Paschatis. 2dâ.
Pro Festo S Joannis Baptistæ, 3tiâ. Pro Festo S Micha:
elis. 4tâ Pro Festo S Thomæ pendunt in Annum
flor. 414. grs. 24. Exsolverunt ultimam Ra:
tham, pro Festo S. Thomæ.

Ex qualibet Rathâ census exsolvitur, nimi:
rum Fabricæ Templi. flor. 8. grs. 2. Templo fl. 35.
Præfecto Bursæ. flor. 26. grs. 7. Reliquum cedit Col:
legio, ex qualibet Rathâ

4tò. A Successoribus Judæi Simonis Marck in
Annum pendi debent flor. 18. Exsoluti sunt pro An:
no 1736.

Ex lapideis in Civitate existentibus Elocatis

1mò. Apud Illrmum Koźminski Ca:
stellanum Posnaniensem ex lapidea Ple:
sniewicyanâ dictâ, penes Templum No:
strum, pro Anno 1736 — fl. 180.
Qui in Annum pendi solent in Januario

2dò. Apud Dnum Venceslaum Groff
Pictorem ex lapideâ sitâ in lineâ Schola:
rum Nostrarum pro festo Nativitatis Chri:
sti Dni, in Anno 1736 Ratha altera fl. 90

3tiò. Apud Thomam Terlecki, Avum
Templi Nostri ex hipocausto lapideæ, quam
inhibitabat Dnus Groff — — — fl. — 7. 15
pro festo S Michaëlis in Anno 1736.

Et Residuum Rathæ pro Festo Pa:
schatis in Anno 1736 — — grsf. 15

4tò. Apud M Dnum Golemowski
ex secundo hipocausto ejusdem lapideæ
quod inhabitant ejus Filii — — flor. — 60

5tò. Apud M Dnum Jarnowski ex
3tiò cubiculo ejusdem lapideæ, quod in
habitant Filii ejus — — — — fl. — 60.

6tò. Apud Thomam Chadeliński à

cubiculo lapideo penes Scholas Nostras posito pro festo S. Michaëlis in Anno 1736 fl. — 5.

Ex Domunculis extra Civitatem existentibus Elocatis.

1mo. Apud Dnum Paulum Dobrosielski arcularium ex retentis Censibus flor. — 43

Videatur Informatio à P. Procuratore Causarum A° 1736 hac de re relicta sub Num: 1mo.

2do. Apud Albertum Brodecki, seu Czarny dictum ex Domo murata penes hortum pro Anno 1736. — — — flor. — 24

3tio. Apud uxorem Casimiri derelictam viduam ex domuncula pro retentis — — flor. — 18

Videatur Informatio de hoc debito P. Procuratoris Causarum sub N. 4to, et C. Piotrowicz examinandus est de illo.

4to. Apud Mathiam Dziurzynski ex cubiculo Domo oblonga circa Domum Noski Fullonis sitam pro festo S. Michaëlis in Anno 1736 — — flor. — 12

5to. Apud Lanionem ex altero cubiculo ejusdem Domus — — flor. — 15.

6to. Apud quendam incolam, ex Domuncula penes S. Martinum sita — — flor. — 1.

Debita Activa.

Nullum debitum à me contractum relinquo, tam in Collegio, quam in Pagis, ut mihi constat, nisi forte Procuratores, me inscio contraxerint.

Familiae exsolutum est ad Decembrem Anni 1736.

Obligationes Collegii, requisitae, ex lapideis exsolutae.

Contributiones Provinciae exsolutae usq. ad Annum 1736 inclusive.

Contributiones Hyemales, et Capitales ex Pagis exsolutae.

Ante duos annos facta est calculatio ratione Vecturarum, et viaticorum cum Provincia, cum Collegio Cracoviensi S. Petri, et Domo Probationis, de qua videatur liber Rationum. Reliqua autem Collegia manent adinvicem sine combinatione ab Anno 1730 celebratae Congregationis, nec ullus calculus Collegii Posnaniensis cum aliis Collegiis, nec aliorum Collegiorum cum Collegio Posnaniensi positus est. Literae Viaticorum, et Vecturarum relinquuntur ab Anno 1730 ad Annum 1736.

Debitum à Clmo Premor contractum, exsolutum unum, Francofurti. Restat adhuc ulterius exsolvendum, cum adhuc secundus Mercator Jacobus Balabene, exigat, et praetendat. Sed animadvertere debet Collegium, an hoc debitum exsolvere teneatur, quod est contractum in usum privatae Personae, non autem Collegii. Praesertim, quod Mercator nullam producat chartam manualem à C. Premor, sed nonnisi suas rationes mercatorias. Interim, non quod debeat exsolvere Collegium, hoc debitum, sed ne aliquam obtineat Collegium molestiam et tricas per arestum vg Panni, et aliarum rerum, pro quibus coëmendis solet Francofurtum mittere, ad Civitatem vicinam, et commodam; ideo debitum hoc esset extinguendum. Idq. exsolutionis onus deberet cadere supra Typographiam, siquidem multa porrecta sunt in Elencho seu Ausztuku ratione Typographiae, cujus protunc Praefectus erat Clmus Premor. Teneretur ergo Typographia solvere Renenses — 29 — gr. — 7.

Hoc debitum Contractum a C. Premor Ao 1732 solutum ab immediato Successore p Marg. P. Kulasz[illegible] An: 1737 Die 19 Martii, et quietatio obtenta, quae hic [illegible] Num. IX

Onera, et Obligationes Collegii

Tam ex lapideis Censualibus, quam ex Pagis, ratione Censuum, Decimarum, pecuniarium, pensionum, frumentariarum, videatur Resignatio Anni 1703.

Onera et obligationes Pagorum videantur in Inventariis Seorsivis. Prout, quantum Contributionis hyemalis, et Capitalis pendere debeant, informabunt Procuratores Pagorum, tum etiam Resignationes anteriorum Antecessorum.

Bursa prætendit compensationem pecuniariam pro fundo, ex quo argilla ad Fabricam Collegii accipiebatur. Sed istud debitum superabundanter est extinctum: tum quod Collegium exsolvit Census à lapideâ, quam Bursistæ inhabitant, tum, quod Collegium Pueros Bursæ tres continuò, annis verò tribus aut quatuor, pueros Bursæ quatuor, aliquando quinque, victu Personis Collegii consueto aluerit. Tum ratione concessæ inhabitationis in Collegio pueris, et cum illis Seniori, quod in Bursâ propter Saxones subsistentes, non potuerint subsistere, et ob periculum ablationis, à quibusdam Nobilibus insidiantibus seriò pueris. Cæterum omnino amovendi sunt ex Collegio propter multa incommoda, damna, et inconvenientia, quæ ex eorum proveniunt incolatu. Citiùs amoveri non potuerunt, (etsi id tentatum est,) propter Saxones Bursam occupantes, nec alium habuerunt locum, sed cum egressi sunt Saxones, et periculum cessavit ablationis eorum per Nobiles, commodissimè amoveri possunt.

Melioratio Collegii.

Pars illa Collegii, quæ fuit ex ligno exædificata, exiit in Opus, elaboratum structurâ cæmentitiâ, cum parietibus lateritiis, perfectè absolutum.

Totius verò Collegii, necdum protunc propter carentiam requisitorum ad necessitatem, et commoditatem inhabitabilis curritoria omnia tabulis ligneis strata, etiam Curritorium infimum extendens se à Refectorio circa cubicula infima, et Apothecam maximâ ex parte pavimento lateritio superstratum. Cubicula omnia in tribus contignationibus Collegii (exceptis cubiculis RR. Provincialis, RR. Rectoris, et cubiculo sub N. 3tio posito penes RR. Rectorem) cum utroque Scholasticorum, et Magistrorum Communi hipocausto, Bibliotheca, Apothecâ et cubiculis infimi curritorii concamerata, et contabulata sunt.

Fores cum claustris ferreis, cardinibus, et omnibus suis requisitis. Fornaces cæruleæ, fenestræ cum omnibus marginibus, mensæ, sellæ, cubilia, Oratoria, reconditoria, et alia ad commoditatem, et Religiorum ornamentum cubiculorum spectantia de novo exstructa sunt, in omnibus cubiculis, demptis aliquot sellis veteribus.

Insuper Refectorium inundatione aquarum (quæ Refectorii, planè medias fenestras conscenderant) integerrimè reparatum. Locò pavimenti sectilis lignei aquis destructi, datum est pavimentum stratum marmore. Tabulæ pictæ, deauratæ, et recenter omnes reparatæ circumcingentes Refectorium, quæ erant undis laceræ, et convulsæ. Fornax aquis diruta, ex fundamento erecta. Pavimentum verò vetus Refectorii, eleganti, et subtili opere constructum, maximâ ex parte lacerum, et detritum aquis, ad Bibliothecam designatum est.

Pistrinum, Dispensa, Braxatorium, Macellum, molendinum, Officina ferraria, et aliæ Officinæ inundatione aquarum sive dirutæ, sive conquassatæ, reparatæ sunt, in aliquibus etiam fornaces de novo constructæ. Folles ad ferrariam Officinam novi constructi.

Piscinæ circa Braxatorium existentes, funditus aquis eradicatæ, novæ exædificatæ.

Puteus penes Braxatorium, per aquarum diluvium fæcibus oppletus, expurgatus, et reparatus.

Coactum est à Saxonibus Collegium ad dandam pergulam currentem circa fossam Civitatensem, quam non modico sumptu tabulis ligneis stratam erexit, incipiendo à Porta Areæ magnæ circa Braxatorium currentis, ad extremitates Collegii

Pars major antiqui Collegii diruta expensis non modicis, ad faciendum campum exædificando ulteriori Collegio, et promovendo.

Muri pro Sacrario Templi, et Oratorio Collegii ad tectum ex fundamentis educti sunt. Sacrarium, et ærarium concameratum.

Quæ autem melioratio in Templo, et quæ illi per hoc triennium accesserunt, constabit ex libris Inventarii ejusdem Templi.

In Braxatorio Cadi novi majores duo, comparati. Item Semi-cadus novus comparatus, et alter Semi-cadus ex antiquo majore cado recenter elaboratus. Pariter et tertius Semicadus ex antiquo majore cado reformatus. Labrum magnum ad culinam ad conservationem aquæ de novo comparatum.

Ferraria de fundamentis ante inundationem aquarum longè, exstructa est.

Media aquaria fistula comparata est, et immissa in receptaculum publicæ aquæ in circo, existens circa lapideas collaterales. Item inter Scholas, et Residentiam Perillris Præpositi S. Mariæ Magdalenæ, et in Civitate, ac diversis locis reparatæ sunt pluries fistulæ aquariæ.

Dolia -22- transformata sunt ad Cerevisiam deportandam, et nova plurima comparata.

Pergula nova cum gradibus ad commoditatem Scholarum de novo exstructa est. Item, post inundationem, fenestræ, fornaces, fores, scamna, et alia aquis vastata, sive reparata, sivè de novo elaborata.

Lapidea, domunculæ, Officina Fullonis majori ex parte reparatæ. Hæc quidem reparata sunt, sed non diffiteor, quod plura sint reparanda, maxime propter aquarum inundationem.

In Bonis Piotrowo novum Braxatorium de fundamentis erectum, et aliquot domunculæ propter agrestes, et alia, videantur in Inventario Villæ Piotrowo.

Quæ autem est melioratio in aliis Pagis videatur Inventarium Procuratorum.

Lites Collegii.

1mo In litem venit Summa flor. 17000 ex Bonis Tretrowo. De qua, à R.P. Laurentio Marcrewski relicta est informatio in Gus literis Anno 1733 ad R.P. Rectorem datis.

2do. Lis in Officio Posnaniensi Consistoriali cum Perillustri Wasniewicz, prætendentis augmentum Decimarum et Messalium, ac excutientis factam Compositionem, cum R.P. Witkowski pro tunc Rectore, juxta quam ex Bonis Piotrowo et Daszewice redduntur Decimæ et Messalia.

3tio. Lis attentata, sed nondum finita, cum Perillustri Reverendissimo Wolinski Officiali Posn. ratione violentiarum, factarum agresti Kochanek dicto Subdito Collegii, penes alveum Wuszynensem manenti. Inquisitiones deducendæ.

4to. Supra Magnificos Dnos Szanieccios ratione Summæ supra expressæ obtenta est Banitio à Collegio, ulterius causa prosequenda in Judiciis Castr. Posn.

5to. Supra M. Dnam Taczanowska et Successores M. Dni Taczanowski p. d. ratione Summæ superius expressæ obtenta itidem, à Collegio Banitio, in Judiciis Castr. Posn., et hæc Causa ulterius prosequenda.

6to. M. Dnus Konarzewski extradidit Collegio Citationem ad Judicia Castren. Posn., in qua requirit Subditum suum, commorantem in Bonis Siekierecensibus. Hæc causa, nondum est attentata.

7mo. Lis cum Dno Hintz, ratione flor. 1500 necdum finita. Promisit approximare suum Judicium Illustrissimi Generalis Majoris Poloniæ, et causam concludere.

Hæ lites et reliquæ, quæ possunt subsequi, videantur in Informatione P. Procuratoris Causarum, Anno 1736 relicta.

Deposita.

1mo. Depositum binorum Palatinatuum Posnaniensis et Calissiensis notabilis summa.

2do. Depositum Provinciæ, obsigillatum Sigillo R.P. Provincialis.

3tio. Depositum Congregationis Civium.

4to. Exstant Conciones typo impressæ R.P. Stephani Poninski in Typographia. Item ejusdem Conciones manu scriptæ in duobus recanditoriis obsigillatis.

5to. Post fata P. Tokarski, aliquæ res.

6to. Post fata C. Kirnel, aliquæ res.

7mo Post fata M. Skopowski, M. Zaydlicz, M. Lintowt aliquæ res. Hæc relinquuntur ad Revisionem, et Decisionem R.P. Provincialis. Quarum rerum P. Minister Collegii habet Elenchum.

Archivum.

Hoc nulla continet deposita pecuniaria. Sed tantum

1mo. Scrinium manu Scriptorum V.P. Družbicki, cum nonnullis Reliquiis Nostrorum PP. ut V.P. Mecinski

2do. Arcam, cum nonnullis munimentis antiquioribus, et Privilegiis. Præsertim inveniuntur Privilegia Regum nonnullorum pro Academia in Collegio Nostro.

3tio. In cistâ parieti inhærente, munimenta Causarum evictarum.

4to. In cistâ seu arcâ parvâ vulgo Kuferka Quietationem ratione R.P. Szaniecki, et M.D. Szanieciorum Summæ mentionem in Murka.

Nicolaus Naramowski. Joannes Cywinski

Resignatio Officii Rectoris Collegii Posnanien. Societatis Jesu facta a R. P. Joanne Cywinski, in Manus R. P. Mathiæ Przanowski Anno 1740, Mense Julio, die 27.

Status Habitualis Collegii.

Aluit Collegium per tempus Officii mei Personas 288; Scilicet ex Anno 1736. in Annum 1737. Personas 72. Ex Anno 1737 in 1738 Personas 80. Ex anno 1738 in Annum 1739 Personas 70. Ex Anno 1739 in 1740. Personas 66.

Bona Collegii.

Bona hæreditaria Collegii eadem sunt quo ad Substantiam, ut in Superioribus Resignationibus descripta inveniuntur; imminuta tamen in Proventibus præcipuè ex parte Siekierecensi, ita: ut fere per hos Annos medietate proventuum ali debuerit Collegium præcipue in pane et braseis ex Sola parte Jeziorecensi. Hæc desolatio publicis calamitatibus causata, Scilicet: a transeunte Milite, et in Bonis illis diutius Subsistente; a Sterilitate agrorum propter inundationem; ex defectu Inventariorum pestilentia Sublatorum; ex defectu Incolarum variis infirmitatibus, et præcipue ex pestilentia Petocianæ febris, quæ maximè in illa parte inter depauperatos et afflictos Subditos grassabatur. Succurrit primo Statim Anno et Sequentibus huic Calamitati Collegium, erogatis pluribus millibus florenorum in Meliorationem horum Bonorum; Succurrit et Sufficienti frumento ad alendos Subditos, et ad conseminationem; Succurrit etiam Soluta pro Subditis illius partis Contributione Capitali et hybernali; tandem Succurrit provisione Vaccarum et boum pretiò emptorum, tum et renovatis canalibus vulgò rowy ad inundationem Agrorum arcendam fere per medium miliare generalem canalem aperiendo. Et jam per DEI Gratiam hæc Bona meliorari cæperunt, tum in conseminationibus, tum in Inventariis, et præcipuè in ovili, quod contagione Sub tempus inundationis fere extinctum fuit, nunc jam aliquot Centena ovium numerat, ex quibus non mediocris proventus percipitur a Collegiò.

Bona Mechlinensia ad partem Siekierecensem Spectantia ut pote in Arenosis Agris et inter Sylvas Situata nec Provinciæ a Summa in iisdem hærente, nec Collegiò fructificant; imo prata illorum inundatione Wartæ fluvii magis vitiata, minatur periculum inundationis etiam Agrorum, nisi ponatur agger novus. De quo relicta informatio uberior in Statu Bonorum Mechlinensium Separatim descripto edocebit.

Accessit ad Statum Habitualem Imo: Hortus ex opposito Collegii Situatus, a prætensione Juris ad eundem Prænobilis Magistratus Posnaniensis vindicatus, de quo relinquitur uberior informatio de Statu Bonorum Collegii in Separato cum aliis Bonis Collegii. Accessit 2do: Lapidea contigua aliis lapideis penes Scholas ad dilatationem earundem Suo tempore pernecessaria. Donata est liberalissime ab Illustrissimo:

Illustrissimo Josepho Thadæo Kierski Suffraganeo Posnaniensi et Præposito Cathedræ Posnaniensis. Hæc lapidea licet multum Sit ruinosa, visum tamen est Collegio ut acceptaretur. Iq. gratuito oblata est. Iq. aliis contigua; et quia, Si corruisset eadem ruina involvisset vicinas lapideas, obviatum huic malo, datis novis fundamentis in facie lapideæ, quæ inundatione Urbis absorpta fuerunt.

Status Habitualis Censuum

Status habitualis censuum aliquantum immutatus est: Nam R. P. Antecessor levavit Summam 11000 et 886 flor:, et gross: 20. eamq. locandam reliquit. Porro hæc Summa levata est Imo: Ex Bonis Skoki et Stawiany Summa flor: 6000. Ex Bonis Rudki Summa 2000. Hæ duæ Summæ Simul junctæ faciunt 8000, quæ locata Sunt apud Synagogam Vronecensem ad Annos 10, censu per 7. a Cento. Unde jam non ex Bonis Skoki et Stawiany, neq. ex Bonis Rudki repetendus census, Sed a Synagoga Vronecensi, quæ fideliter Solvit duabus ratis: Imâ pro Festo trium Regum; 2dâ ratâ pro Festo S. Joannis Baptistæ.

Levavit item duas Summas itidem in censum locandas. Primam ex Bonis Wisewo flor. 3000. Secundam a Synagoga Kisdrensi fl: 886 gr: 20. Hæc utraq. Summa conjuncta additis a Collegio flor: 113. gr: 10, ut compleretur Summa 4000. Hæc Summa 4000 locata est apud MD. Franciscum Bojanowski Super omnibus illius Bonis ex Provisione per 7. a Cento; Sed ille pro duobus Annis nonnisi Solvit per 5. a Cento. Hæc Summa pro arbitriò Collegii levari potest, quia nonnisi ad annum accepta est. a MD. Bojanowski, ut obloquitur inscriptio illius in Castro Posnaniensi.

Summa 4000 a P. Stanislao Naramowski inscripta Collegio Posnaniensi ex consensu A. R. P. Generalis, quia a R. P. Antecessore meo Segregata est, ut elocetur in censum, donec vel Roma determinaverit vel R. P. Provincialis, etiam a me Segregata Separatim relinquitur.

Reliquæ Summæ Censuales Sunt eædem, quæ in immediata Resignatione descriptæ a R. P. Antecessore Meo; a me vero in Separata Informatione de Censibus, relictæ. Proinde hic non repetuntur.

Status Actualis Collegii.

	Floreni	Grossi	Solidi
In Ærario Collegii relinquunt in parata pecunia —	24859.	10.	
Scilicet: In Aureis 1092 fl: — — — — —	19656.		
In Tinfonibus 4107. et flor: 1. ac gros: 4. flor:	5203.	10.	
Simul —	24859.	10.	
Et hæc Summa flor: 24859 gr: 10. est Usualis Collegii.			
2do} Summa in censum locanda, a p. d. P. Stanislao Naramowski relicta, ab Antecessore meo reposita relinquitur integra in aureis 222. et medio imperiali, quæ facit florenos currentis Monetæ — — — —	4000.		
3tio} Præterea in creditis certis relinquitur: apud MD. Brudzewska in aureis 20 mutuò datis propter pascua			
Summa flor:			

Summa flor: 360. Apud Illustrissimum Castellanum Posnaniensem ex Bonis Ki:szewo et Kiszewko census pro duobus Annis per medium fl: 105.
Apud Perillustrem Bojanowski a Summa 4000 per 5. a Cento, Census annuus fl: 200. A Summa 5000 in Branice per medium a 7. a Cento fl: 175. Apud D. Hinez in lapidea fl. 1000. In Viaticis ab ultima Congregatione ad Augustum exclusive Anni 1740. apud Provinciam pro Scholasticis venientibus ad Collegium fl: 673. gr: 15. Pro abeuntibus fl: 680. gr: 9. A Collegiis vero recipiendi fl: 430. gr: 22. Sol: 1. puri debiti.
Apud Synag: Posn: Census integer a Summa Zegocciana Pro Festo S. Joannis debitus, dilatus ad Septembrem fl: 140.

Simul —	3764	16.	1.

4to:} Apud Procuratores scilicet: Jeziorecensem flor: 354. gr: 5. Sickierecensem fl: 4. Piotroviensem fl: 1. gr: 15.

Simul —	359	20.	

5to:} Apud Apothecam fl: 732. gr: 9. Apud Typographiam flor: 733. gr: 2. Sol: 1.

Simul	1465	11.	1.

Quæ vero relinquuntur apud Præfectum Templi, Bursæ, Congregationum videantur Illorum Rationes.

6to:} Relinquitur in rebus ad victum Spectantibus.

Boves ad Macellum 16. Porci ad saginandum industriis Dispensatoris comparati in ordine ad reparanda vasa Culinæ. 6. Verveces Annorum 4 in prædio Piotrow 30. quinque Annorum 6. Item in prædio Piotrow 100 Modii trituratæ Siliginis non venditæ sed conservatæ ad dispositionem R.P. Successoris in casu Sterilitatis. Pro hac Siligine accepta fuissent 2000. Halecum Holland: dolium 1. Halecum vulgo Szotu medium dolium. Jesiotra aktel 1. Salis lap: 10. Candelarum Sexagenæ 10. Nucium Italicarum Semimajus dolium. Ceræ orbes Majores 2. Ligna ad Braxatorium Culinam, et fornaces pro hyeme in depositorio lignorum. Pro fornacibus ubi omnia ex aqua deportabuntur, debent fieri quartalia in eodem loco impensis Procuratoris Jeziorecensis. Salis dolia 24. Muriaticæ pol szyfunta.

In Cellario.

Vini Hungarici dolia — — — 5. Vini Gallici ocsechtæ — — — 4.
Mulsi dolia — — — — 2. Et Antale — — — — — — 1.
Brasea pro cerevisia: Ex tritico metretæ 40. Ex hordeo metretæ — — — — 30.

In Aromatibus.

Piperis Lap: — — — 1. Zinziber: lap: — — — 3. Amygdalorum lap: — 4.
Oryzæ lap: — — — 3. Croci lybræ — — — 2. Et quadrans — — — 1.
Cynamomi lybræ — — 4. Uvarum passarum lap: — 6. Saccari lap: — — — 3.
Ficuum Lap: — — 1. Pultium Francofurto vulgo perlowa kasza lap: — — 3.
Olei Olivarum Lap: — — 4. Cariophil:, nux Moschata, Maciv, Sufficiura ad Annum medium. Placentarum Mellitarum seu miodowniki — 3.

In Vestiaria.

Pallia nova — — — 16. Togæ novæ — — — 21. Reverendæ novæ — — — 15.

Pelles novæ ex materia vulgo kitay 18. Pelles novæ ex panno 4. Mantilia nova 80.
Mappæ — — — — — 12. Mappulæ — — — 300. Substrata nova — — — 12.
Castores integri — — 5. Coria vitulina — — 140. Coria pro ocreis — — — 12.
Coria bovina — — — 6. Pelles vulgo sztwaliki 500. Sindones — — — 200.
Indusia — — — 500. Smegmatis aceti — — 3. Panni Gierlicensis — — Postaw 1.

In Refectorio.

Cultrorum paria — — 30. Orbes noviter fusi — 32. Cochlearia noviter fusa — — 55.

In Culina.

Vasa nova pro veteribus — 10. Lebes pro veteri — 1. Vas novum — 1.
Cochlear novum — — — 1. Vasa minora nova — 5. Patenæ majores — 4.
Minores itidem novæ — — — 2. Scutellæ novæ — — 12.

In Stabulo.

Currus boni Collegii — 3. Rhedæ veteres — — 2. Wasgoi — — — 2.
Rheda nova cum loris novis et veteribus 2. ac 4. equis. Equi præterea 8.

Melioratio Collegii et Pagorum.

In Collegio: Cellarium sub Sacristia erectum. Duæ lapideæ, quarum fundamenta inundatione absorpta sunt, reparatæ. Tectum in lapidea, Ripskich dicta, vento dejectum reparatum et imbricibus tectum. Officina pro mactandis bobus noviter exstructa. Molendinum novum equile exstructum, lapis novus deportatus; indiget adhuc in medio rotâ, cujus structuram impedivit mors Artificis. In Braxatorio dati duo novi cadi, et 3tius minor. Rheda nova cum loris et 4. equi empti. Extra urbem aula horti tecta scandulis. Horreum ibidem pro deponendo fæno et bobus vel equis, et cellarium pro Oleribus, et fornax ad siccandos fructus muracea, et duæ piscinæ emundatæ. Sepimentum circa hortum ante Collegium exstructum novum. Officina lotoris reparata et tecta. Similiter aliquorum Incolarum domunculæ. Tabulatæ in Communi Theologorum erectæ et depictæ. Imagines Theologorum Nostræ Societatis, et clausuræ fenestrarum ad arcendos ventos comparatæ. Infirmaria item diluvio vastata, noviter erecta pro majori commoditate Infirmorum: asseres ad eandem empti relinquuntur ad dispositionem R.P. Successoris.

In Bonis Jeziorecensibus: Granarium novum exstructum in Bielawy. In Stupia Molendinum novum ventile, quod hyeme casuali incendio combustum est. In Jeziorki taberna nova exstructa etc: etc:

In Bonis Sickierecensibus: Horreum novum exstructum. Item Stabulum. Item: Officina pro coquendo cremato; altera pro saginandis porcis. Prædium in Kaleje, quod conflagraverat, exstru:

ctum

ctum novum etc:

In Piotrowo: Ædificium pro Familia sub tegulis novum. Officina pro Fabro nova. Stabula pro pecoribus Medietate nova, medietate vetera. Sacellum noviter tectum, et campana ad Illud comparata. Piscinæ tres de novo mundatæ. Pro Sepimentis columnæ quercei præparatæ. In Molendino Aquatico secunda rota fabricata, et duo lapides novi deportati. Molendinum ventile fundamentaliter reparatum etc:

Quæ in Templo, Congregationibus, Bursa, noviter erecta sunt, vel reparata, oculis subjecta sunt Fidelibus.

Debita nova nulla contracta; antiqua exsoluta; scilicet: Francofurti debitum contractum a p. m. C. Premor aurei 11 exsoluti, faciunt flor. 198. Secundum Prænobili Civitati Posnaniensi pro Xenodochio S. Gertrudis, sic conveniente R. P. Adriano Miaskowski protunc Rectore, hoc anno exsolutum scilicet flor: 800.

Familiæ Collegii usq. ad Junium inclusive 1740 exsoluta stipendia. Item Kurmagistro, Lotori et Caminario. Provinciæ vero usq. ad annum 1740. Item decimæ et census ex lapideis, variis Ecclesiis debiti, soluti usq. ad Julium inclusive 1740.

Circa causas Collegii relinquitur separata informatio.

Joannes [illegible] S.J. m.p. Mathias Przanowski S.J. m.p.

Resignatio Officii, Rectoris Collegii Posnaniensis Societatis JESU facta à R. P. Mathia Przanowski in manus R.di P.ris Josephi Kobielski. Anno Domini 1743, mense 9bri, die 10.

Status Actualis

In Archivo Collegii in parata pecunia relinquuntur				6463	16	1
scilicet: In aureis 276 æstimando singulos fl. 18	4968					
In tinfonibus 1045 æstimando singulos fl. 1 gr. 8	1323	20				
In Solidis	171	26	1			
Summa pecuniæ reposita in Archivo Collegii				6463	16	1
In hac Summa includuntur duæ Summæ						
nempe: Una Summa ad Fabricam novam Collegii spectans	2743	11				
Altera Summa spectans ad usum Collegii	3720	5	1			
Præterea relinquuntur in parata pecunia.						
Apud Curatorem Jezioreensem juxta rationes mensis 9bris	5020	24				
Apud Curatorem Siekieriecensem	260	13	1			
Apud Curatorem Piotroviensem	75	1	1			
Apud Curatorem Mahlinensem	3	2				
Apud Apothecarium juxta Rationes Octobris	1694	26				
Apud Patrem Præfectum Typographiæ juxta rationes mensis 9bris	258	2	1			
Summa pecuniæ quæ apud officiales relinquitur				7312	9	
In Victualibus aliisq. rebus ad usum Collegii relinquuntur						
Ad Culinam spectantia Salis dolia Bidgostiæ 30 in Collegio 2	320					
Pro Macello boves 21 nempe in villa Lowarzewo 12 In Swiętniki 8						
In Collegio 1 Saginatus	1050					
Strues 130 lignorum vulgo kwatery pro Calefaciendis fornacibus	780					
Porci et porcæ qui in Collegio aluntur 32 et porcelli minores 4	486					
Vaccæ 2 propter lac pro Collegio et vacca 1 duorum annorum propter spem lacticiniorum in Horto Collegii	90					
Simul				2726		
In Dispensa.						
Caseorum hollandicorum Libræ 261 Casei ordinarii Sexagenæ 3	67					
Sevi lapides 15 Candelarum Sexagenæ 60	558					
Olei Olivarum Libræ 93	62					
Muriaticæ Lapides 12	50					
Risum Italicarum metreta 1	36					
Risum Ordinariarum Metretæ Unius 4ta pars	6					
Cepe Ciciter 4ta pars Metretæ	8					
Simul				707		

In Aromatibus

Piperis ordinarii Lapides 2½ Anglici Libræ 9	78	
Zinziberis Libræ 58½ & albi Libræ 10	26	
Amygdalorum Libræ 96	96	
Uvarum passarum majorum Libræ 48	20	
Uvarum passarum minorum Libræ 29	16	
Floris muscati Libræ 7½	162	
Nucis muscatæ Libræ 7½	162	
Saccari Canarii Libræ 79	79	
Saccari farina dicti Libræ 21	11	
Cynamoni Libræ 4½	41	
Anyzi Optimi Libræ 53 deterioris Libræ 24	35	
Pultium Norimbergensium Libræ 91	38	
Oryzæ Libræ 76	30	
Cymini Libræ 26	19	
Caffe Libræ 12	24	
Croci Libra 1	66	
Caryophillorum Libra 1	14	
Simul		911

In Cellario

Vini Neapolitani 4ta pars Oxechtæ	63	
Vini Hungarici dolia 14 & 2 antalia Singula dolia aureis 14 Empta facit Aureos 210 idest	3780	
Vini Gallici dolia majora vulgo oxefty 3. recentioris	512	
Vini Gallici Antiqui circiter 10 Annos durantis Oxefta 1	200	
Mulsi dolia 2 & 4ta pars in Ilio	123	
Mellis in Crudo quod ad minimum pro 8 doliis sufficiet mulsi	300	
Simul		4978

In Braxatorio

Strues 30 lignorum quercinorum vulgo sążeńy dębowe & Sex Sexagenæ pinaticorum	420	
Brasceorum paratorum mettetæ 66	396	
Lupuli mettetæ 5	48	
Simul		854

In Vestiaria

Nova pallia ex materia kamlot 8	267	
Vestes dictæ Reverendæ novæ 8	203	
Togæ Novæ 7	126	
Pelles novæ 20	480	
Culcitræ novæ 3 ex materia dicta Bagazya	54	
Substrata nova vulgo materace 7	75	
Involucra nova novorum pulvinarium vulgo poszewki na poduszki 80	105	
Pilleoli linei nocturni novi 20	3	
Sindones novæ 40	140	
Mantilia nova dicta Cwielichowe 5	14	
Mantilia Nova ex tela Linea Simpliciore 40	50	
Serwety nowe 25	75	
Strophia nova 400	220	
Smegmatis duo Vasa Unum minus alterum majus	38	
Indusia nova 172	602	
Materiæ dictæ kamlot novæ Ulnæ 60	100	
Castores 20 ad pileos	200	
Simul		2552
Panni Coloris cerulei volumen 1	108	
Pelles Vulpinæ 3	15	
Pellium agninarum Dlam 1	15	
Coria boum 5 na podeszwy purgata	90	
Femoralia nova 30	210	
Coria nigra 10 pro Calceis faciendis	25	
Pelles agninæ ex 32 vervecibus nondum purgatæ Purgatæ 12.	88	
Coria Vitulina 40 nondum purgata	32	
Tibialium novorum paria 30	90	
Simul		673

Præterea in Vestiaria relinquuntur res veteres adhuc usuales Pallia 40 antiqua sed adhuc bona ad usum Reverendæ 50 adhuc usuales Togæ veteres 20 usuales Pelles usuales veteres 55 Substrata vulgo materace antiqua 70 adhuc usualia Pulvinaria 55 Culcitræ hyemales 15 Poszwy na pierzyny 70 Poszewski na poduszki 180 Pileoli linei nocturni vulgo czepki 100 Sindones 200 Mantilia 100 dicta Cwelichowe Mantilia ex Simpliciore tela linea 100 Serwety 300 Mappæ 53 Strophia 350 Tapetes 3. Pallia ex panno viatoria 4 Indusia veteria adhuc usualia 455 Pilei 40 pro æstate adhuc usuales.

In Stabulo Collegii relinquuntur

Equi quinque veteres qui ante meum regimen sunt Empti Equi a me Empti 16 & duæ equæ ad prolificandum aptæ	2106	

In Stabulis Pagorum ad prolificandum

In Siekierecensi Stabulo

Equus 1 vulgo Ogier aureis 20 Emptus	360	
Klacz iasno szpakowata habet hinnulum, Gnesnæ Empta	76	
Klacz biała dawna folwarczna ma klaczkę źrebię tego roku szpakowate	60	

In Stabulo Wydzierzewiensi

Klacz kara dicta biedronka Empta Petricoviæ	100	

Ibidem est ex præfata equa, nata ejusdem Coloris equa anni modo 2di æstimari potest — 30

Item ibidem Zrzebica anni 2di gniada [: nata ex equa ista diversi Coloris majore quæ in Bielawy Conservatur modo cum suo hinnulo pariter diversi Coloris — 30

Item Zrebice 2 Kase anni 2di [nata ex equabus nigris in Russia Emptis per P. Tetlecki:] æstimantur — 30

Equus parvus 1 ex Siekieteciensi parva equa nigra natus trium annorum æstimatur — 20

Equa nigra in Russia empta aureis 7 adhibetur ad labores sed major esset Collegii fructus ex prolificatione per illam si esset à labore libera — 126

In Stabulo Nagradoviensi

Duæ equæ donatæ a Perillustri R. Dajewski Præposito in Collegiata Posnanie una Skeda gniada una jasniey gniado anni modo ambæ 5ti Et hæc posterior habet hinnulum equum nigri Coloris hoc anno æstimari possunt ambæ — 140

Equa Anni 3tii Szronowata [nata ex equa similis Coloris quæ modo est in villa Bielawy æstimatur — 40

Equa prædialis nigri Coloris parva habet hoc anno natam equam diversi Coloris, æstimatur — 30

In Stabulo Powarzewiensi

Equa ex Villa Piotrowo accepta gniada dicta Kaszubka ad prolificandum optima — 50

Ibidem ejusdem Coloris ex illa nata equa Anni 2di æstimatur — 30

Ibidem equa Szpakowata per [: Curatore Empta pecunia Collegii simul cum aliis 6 equis # pro quibus Collegium dedit — 452 1 1

propter suppositos

Ibidem equa nigri Coloris anni 2di [nata ex equa diversi Coloris, quæ data est rustico Powarzewiensi ad laborem interim] æstimatur — 30

Equus parvus habet annos 2 [: natus ex equa prædiali nigra illa, quæ modo est in Nagradowice:] — 20

Equa nigra Empta Aureis 7 in Russia adhibetur ad laborem sed major esset Collegii fructus ex Prolificatione — 126

Simul — 1298

In Stabulo Bielawiensi

Equa diversi Coloris major Annorum 8 habet ex se natam hoc Anno equam diversi Coloris [: altera ex illa nata equa gniada est in Wydzierzewice anni 2di:] hæc equa et ad prolificandum est optima, et ad laborem fortissima, in labore cuilibet equo fortissimo est par æstimari debet aureis 12 — 216.

Altera equa pariter diversi Coloris sed minor aliquantum priore optima ad prolificandum, ad laborem debilis; ex illa hoc anno natus hinnulus gniady æstimari debet aureis 8 — 144

Tertia equa dicta Szronowata optima ad prolificandum ad laborem debilis [: ex illa similis Coloris nata est equa quæ modo in Nagradowice Conservatur anni 3tii:] empta est — 60

Equi duo diversi Coloris Anni 4ti nati ex præfatis duabus equabus similis Coloris possunt æstimari aureis 12 — 216

In Stabulo Jeziorecensi

Equus 1 vulgo ogier Szpakowaty Emptus aureis 22# annorum 4 Optimus ad prolificandum. Sunt similis Coloris aliquot equæ in parte Siekieriecensi Ex illis ergo possunt nasci plures equi similes, si hic equus ad similes equas impregnandas admittatur — 396

pecunia pro illo data resti[tu]ta Collegio per Procuratorem Jeziorecensem.

In Stabulo Debinensi

Equus Lupini Coloris vulgo Ogier Annorum 4 æstimari potest — 216

Equæ septem ad prolificandum Optimæ habent hoc Anno natos hinnulos 2 et equas 3 æstimari possunt — 1000

Equa Anni 3tii æstimari potest — 144

Equus Unius Anni æstimari potest — 50

Equus 3tii anni æstimari potest — 50

Equa 3tii Anni æstimari potest — 50

In Stabulo Piotroviensi

Equa Cisawa dicta Annorum 8 — 50

Equa Anni 4ti gniada — 50

Equa Anni 4ti Srokata — 40

Simul — 2682

Elenchus equarum jam ad prolificandum aptarum

In Prædio Debina equæ 8
Bielawy equæ 3
Siekierki equæ 2
Wydzierzewice 2
Nagradowice 3
Piotrowo 3
Powarzewo 3
Et ibidem rustico data equa 1 diversi Coloris
In Collegio equæ 2

Summa equarum jam aptarum ad prolificandum — 27

Elenchus equarum 2di y 3tii anni ex quibus speratur pos duos Annos ad prolificandum aptitudo

In Prædio Debina equa 1
Powarzewo equæ 2
Wydzierzewice 4
Nagradowice 1

Summa equarum 2di y 3tii anni — 8

In Typographia relinquuntur Libri stante meo regimine reimpressi.

Indiis Snapii absq additamentis reperiuntur in Typographia Exemplaria 1153 Varsaviam vero Exemplaria 55, Leopolim Exemplaria 50, ad vendendum missa a flor: 8 —〃—fl	10064	
Indiis Snapii cum additamentis reperiuntur in Typographia Exemplaria 389 Leopolim missa ad vendendum exemplaria 50 a flo: 10 —〃—〃—〃—〃—〃—〃	4390	
Officium Codzienne in 4to Exemplaria 911 —〃—fl	911	
Simul		15365

Praeterea in eadem Typographia relinquuntur plura millia Librorum juxta Specificationem et Elenchum eorum in Libro Typographiae Anno 1743 die 29 Julii conscriptum et a me subscriptum pro quibus s: quando vendentur plura millia florenorum percipi poterunt.

In Apiario Collegii in horto relinquuntur.

Alvearia cum apibus 35 florenis 7 possunt aestimari singula —〃—〃—〃—〃—〃—fl	245	
Piotrkovii in horto Praedii		
Pasiei alvearia cum apibus 13 —〃—〃—〃—fl	91	
In Sylvis Piotroviensibus in Arboribus wyrobione barci cum apibus sunt 27 —〃—〃—〃—〃—fl	189	
In Sylvis Swiętniki barci wyrobionych cum apibus inveniuntur 6 —〃—〃—〃—〃—〃—fl	42	
Simul		567
In praedii Mechlinensis horto		
Alvearia cum apibus 25 —〃—〃—〃—〃—fl	175	
In Sylvis ibidem barci cum apibus 5 —〃—〃—fl	35	
In Sylvis Kaleienśibus barci cum apibus 3 —〃—〃—fl	21	
In Sylvis Dąbroviensibus barc cum apibus 1 —〃—fl	7	
In villa Luiny alveare cum apibus 1 —〃—〃—fl	7	
In Praedii Siekierensis horto cum apibus duo alvearia fl	14	
In Sylvis Siekierecensibus cum apibus barci 8 fl	56	
In Praedii Wydzierzewiensis horto alvearia 6 fl	42	
In Praedii Jeziorecensis horto alvearia 17 cum apib fl	119	

In Sylva Jeziorecensi cum apibus barci 2 —〃—〃—〃—fl	14	
In Praedii Dąbrinensis horto cum apibus 37 alvearia —〃—fl	259	
In Sylvis ibidem in arbore Brzost barc 1 cum apibus —〃—fl	7	
In Sylvis prope Luszle villam barci 11 cum apibus —〃—〃—fl	77	
Simul		833

Omnia apum examina reperiuntur 200 aestimari possunt simul fl 1400

Summa omnium rerum quae in rebus relinquuntur		36332	
Summa utraq quae in pecunia, tam apud Officiales quàm in Archivo Collegii relinquitur facit		13775	25.1
Omnia remanentia tam in rebus quàm in pecunia faciunt		50107	25.1

Ultra haec omnia relinquuntur

Rheda una antiquior reparata et usualis adhuc: Altera Rheda major et longe melior empta per R.P. Cywinski meum Antecessorem. Item Kolaska per me empta adhuc usualis. Item Currus levior, cujus latera sunt ex Corio emptus per me Cureis et per Patrem Teslecki in Russia. Item duo Currus similes leviores s: sed absq Corio quos possunt duo equi trahere. Item majores 5 Currus a 4 equis non nisi trahendi, ad onera ordinaria deportanda apti, et ferro undiq provisi. Insuper duo Currus maximi ad majora onera extraordinaria deportanda ferro bene muniti dicti kary.

In horto Collegii Olera varia praecipuè Brassicae dolia 8.

In omnibus quoq Collegii Officinis relinquitur Supellex sufficientissima nempe: in Apotheca, Arcularia, Braxatorio, Culina, Dyspensa, ferraria officina, Stabulo Vestiaria, Typographia, Refectorio, (ubi ultra vasa stannea usualia, supersunt stannei empti a me veteres orbes 36. quos s: Piotrkowicz habet, et ipse scit quot, + in eis libra# Haec habentur notata in Libro, in quo scribuntur Inventaria Collegii.

#ac patenae duae veteres, una est in dyspensa altera apud (s. Piotrowicz.)

In Prædiis Crescentia hoc anno collecta

Siliginis. Jeziorciis Sexagena	660		
Belaviis Sexagena	630		
Dębina Sexagena	434		
Ex annis vero præteritis restabant in his prædiis Sexagena	220		
Siekierciis Sexagena	260		
Gowarzewii Sexagena	202		
Nagradowiciis Sexagena	106		
Wydzierzewiciis Sexagena	170		
Ex anno vero præterito restabant Sexag:	200		
In prædio Swiątniki Sexagena	31		
Piotrkovii Sexagena	405		
Mechlini Sexagena	240		
Luginis Sexagena	110		
Kaleis Sexagena	60		
Dębrowa Sexagena	75		
Summa Siliginis Sexagena		3809	
Tritici Jeziorciis Sexagena	140		
Bielaviis Sexagena	150		
Dębina Sexagena	150		
Siekierciis Sexagena	92		
Gowarzewii Sexagena	70		
Nagradowiciis Sexagena	42		
Wydzierzewiciis Sexagena	40		
Piotrkovii Sexagena	38		
In prædiis Swiątniki Sexagena	6 ½		
Mechlini Sexagena	25		
Luginis Sexagena	6		
Kaleis Sexagena	3		
Dębrowa Sexagena	3		
Summa tritici Sexagena		473 ½	
Hordei Jeziorciis Sexagena	367		
Bielaviis Sexagena	312		
Dębina Sexagena	320		
Siekierciis Sexagena	160		
Ex anno præterito ibidem restabant Sexagena	40		

Hordei Gowarzewii Sexagena	200	
Nagradowiciis Sexagena	93	
Wydzierzewiciis Sexagena	120	
Piotrkovii Sexagena	106	
In prædio Swiątniki Sexagena	25	
Mechlini Sexagena	94	
Luginis Sexagena	20	
Kaleis Sexagena	30	
Dębrova Sexagena	22	
Summa hordei Sexagena		1917
Avenæ Siekierciis Sexagena	30	
Gowarzewii Sexagena	40	
Nagradowiciis Sexagena	53	
Wydzierzewiciis Sexagena	34	
Piotrkovii Sexagena	35	
In prædio Swiątniki Sexag:	12	
Mechlini Sexagena	44	
Luginis Sexagena	20	
Kaleis Sexagena	21	
Dębrova Sexagena	24	
Summa avenæ Sexagena		313
Pisorum Siekierciis Cuttus	40	
Gowarzewii Cuttus	25	
Nagradowiciis Cuttus	21	
Wydzierzewiciis Cuttus	18	
Piotrkovii Cuttus	20	
In prædio Swiątniki Cuttus	8	
Mechlini Cuttus	12	
Luginis Cuttus	9	
Kaleis Cuttus	4	
Dębrova Cuttus	6	
Summa pisorum Cuttus		163

Ex hac Crescentia nihil vendidi,
Sed reliqui ad usus Prædiorum
& Collegii

Ex Civilibus Prædiorum relinquuntur Oves

Sicickcius	315
Wydzierzewicius	200
Nagladowicius	201
Mechlini	189
Lucinis	150
Halcis	157
Dąbrowa	217
Jezioicis	501
Bielavis	465
Debina	372
Summa in omnibus prædiis Ovium	2775

In Censibus retentis Vindicanda relinquunt[ur]

Apud Curiam Posnanen[sem] à Summa 12000 florenorum Polonicalium Census per 7 à Centum juxta novissimam Combinationem meum factam, pro uno Anno Solvendus Erat in Crastino S. Joannis Baptistæ Anni nunc Currentis 1743 Nempe floreni Polonici — — — — — 840

Combinationem verò ideo Cum Civibus Posnaniensibus feci Quia per duodecem annos provisionem a præfata Summa Nolebant Solvere, prætextum prætensionum ad Collegium rati: one fundorum Civitatensium in possessione Collegii existentium, Obicientes: Ratione quorum, Collegium nihil importabat ad ærarium Civitatense, et in oneribus Communibus non adjuvabat Civitatem. Promisi itaq[ue] ego ex fundis Collegii, Singulis Annis pro festo S. Martini ratione eorundem fundorum Nostrorum Solvendos Civitati fl: 120 Et Civitas se Obligavit ad Solutionem provisionis punctualem in Crastino S. Joannis Baptistæ Singulis Annis. Prima Solutio post Combinationem Cadebat in Crastinum S. Joannis Baptistæ Anno nunc Currenti 1743. Requirebam illam in tempore multoties, Sed nuda Semper promissa reponebant, non pecuniam. Quare Anno Sequenti jure agendum esset Cum Civitate ut etiam Capitalem Summam restituat. Videtur autem opportunitas futura, Quia Bona Sua Vilda dicta oppignorabit Civitas, pro Summa Magnifico Rodzki numerando, durantibus Judiciis Circa festum S. Joannis Baptistæ. Ergo Eadem Occasione poterit Contrahere de bitum fl: 12m Et eandem inonerare villam, ut Nobis restituat Summam Originalem fl 12m Polon:

Apud Synagogam Posnaniensem à Summis Variis debitæ provisiones Collegio et non Solutæ Sed retentæ ad 7 Januarii 1742 Per Annos Subsequentes Scilicet 1742 et 1743 in parte defalcatæ, In parte Solutæ ut est in rationibus, quarum provisionum retentarum post defalcationem, adhuc pars restat Solvenda ab eadem Synagoga Scilicet flor: Polonici fl. 1903/18

Apud eandem Synagogam Posnaniensem à Summa 10000 Butakoviana debiti Census Fabricæ Collegii et non Soluti Sed retenti ad 7 Januarii 1742 efficiebant Summam 1050 florenorum Polonicalium: defalcatio fl 151/14 facta est; post hanc defalcationem tenebatur Synagoga Solvere fl 898/16; jam f. 573 persolvit ad rationem horum retentorum. Igitur ad fabricam Collegii restant a Synagoga præfata Solvendi ex retentis ad 7 Januarii 1742. — — fl: 325/6

Summa retentorum à Synagoga Posnaniensi Collegio Posnaniensi 2228 | 24

Hos retentos Census per partes Synagoga Posnaniensis promittit Solvendos: Sicut defacto per partes Solvebat Simul tam huic Collegio, quam aliis per duos Annos 1742 et 1743.

Paulus aicularius ex Domo in Gaski media, quam incolit debet retentorum Censuum — — — — — fl 111 | 19 | 1 — mortuus et cu[m] illo debitum.

Stanislaus Jarzecki homo laboriosus ex eadem Domo debet Censum 125. — Labore in vestiaria extinxit debitum.

Notandum quod hic homo medietatem ejusdem Domus Conducebat fl 50 in annum. Duobus annis et medio residebat, quando exigebam Censum, promisit se redditurum pro festis Natalis Dni in Anno nunc Currente: Et si non reddet, dedit Syngrapham qua se pro hoc debito Subdit Cum uxore Et liberis, ut sit perpetuus noster Subditus in aliqua Villa.

In Creditis Collegii Antiquioribus relinquuntur apud Judæos particulares.

Marek Pinkas Judæus Posnaniensis Anno 1732 debebat Collegio flor Pol 1500. Post Cujus fata Successor illius Samuel Lewek qui matrimonium Contraxit Cum filia Marci Pinkas per partes extinguebat hoc debitum Singulis annis fl Pol 100 Solvendo. Tempus Solutionis in Februario Constitutum juxta Combinationem Cum R. P. Kompczynski factam, quæ est in manibus Samuelis Lewek, Itaq[ue] jam Soluti Sunt fl 900 restant ab illo per 6 adhuc Annos Solvendi fl: — — — — 600 — Solvit.

Hic Judæus Anno 1744 in Februario ut Solvat fl 100 Urgendus Erit per Factorem. Quia tardior est in Solvendo et Solet ex anno in annum differre Solutionem. Documentum est numero 62 pro hac Summa.

Annotavit meus R. P. Antecessor debitum fl 60 apud Judæam Uxorem alicujus Marci, Sed nec ille, nec ego potui invenire Quænam est Judæa quæ debet fl 60 Collegio; Inveni tamen in rationibus 1728 in 9bri Quod Rymek Marek debuerit Collegio Summam fl 250 Et ab illa Auream unum Sive fl 17 g 15 Solvere

Collegio obligabar. Judæus hic non vivit; Successores tamen illius Sunt Samuel et Izaak Fratres qui possident Lapideam# in qua præfata Summa est locata, Vocanturque Matuszkowie Solverunt # 35 in Januario Anni 1743 reliquos Census retentos illis propter defectum Condonavi: Et quietavi pro Annis antecedentibus. In Januario Anni 1744 Urgendi Sunt per factorem ut Solvant Aureum nummum t. 4 flor Polon: —"— —"— | 17 | 15

obligatio tamen est, pro 12 Augusti Solvendi, sed quia non solvebant pro hoc termino, ideo ab ultima Solutione terminus Solutionis computandus.

#hac Lapidea est prope Synagogam in cornu in platea judæorum.

Documentum est sub numero 50

In Creditis recentioribus relinquuntur

Martinus Rud, qui residet in Lapidea Collegii dicta Domie chowskie Germanus Catholicus callens artem faciendi pannum, quem etiam ex Lana Collegii Anno uno et amplius faciebat bene et cum lucro Collegii, Accepit a me mutuos Tynfones 414 g 18. Ex Lapidea quam incolit pro Anno 1 et medio debuit tynf. 35 g 20 Summa facit debiti tynf. 450 g 8. Iterum Secundo dedi eidem Sublevando ejus miseriam tynf: 240 Itaque Summa totius debiti faciebat tynf: 690 Hujus debiti partem jam expunxit restituitque tynf 275 Habet in Civitate Swarzedz parata duo volumina panni quæ posset bene Collegium acceptare in tynfon: 200# Itaque apud illum restat ettiam Collegio Solvendum debitum tynf. 215 quod facit f: Pol: —"— —"— —"— | 272 | 10

#Jam hæc duo volumina reddidit Collegio

Labore manuum persolvit.

Laurentius pistor ex Lutherano Catholicus residet in Suburbio, Sed ad jurisdictionem Civitatis Spectat, quem et Factor Collegii et C: Neychold novit; huic ante annum Credidi 4 mette: tas tritici, pro quo ex Contractu juxta pretium fori protunc Currens promisit flor: 80 intra 4 Septimanas se daturum, Neque stetit promissis et jam Annus elapsus est, relinquuntur Ergo apud illum reperendi —"— —"— —"— —"— —"— —"— —fl | 80

Antonius Gerz musicus Uxoratus Accepit ex Collegio Sale et haleces, ad vendendum, quod illi ex Charitate tanquam Subsidium præstiti: Debebat pro Sale tynf: 45 Pro halecibus tynf: 120, restituit tynf: 48 debiet reddere tynf: 117 Sed quia ob aliquas tricas ex Civitate fugit et nescitur ubi est, quando redibit possunt illi ex Commiseratione Condonari tynf: 37 dummodo Saltem tynf 80 restituat qui faciunt f: Pol: —"— —"— —"— —"— —"— —"— —"— | 101 | 10

Disparuit et cum debito

Melioratio in Collegio facta ære Collegii

1mo } Tectum Collegii, per quod tempore pluviæ aqua Copiosa decidebat in Cubicula, eo quod Calx ex materia margiel non bene Cohærebat imbricibus, reparatum est, quæsita à longe Calce de lapidibus, ac subjecta imbricibus, Contra pluvias munitum, exigua parte ad orientem nondum reparata quod Calx lapidea deesset. Reparatio Constat Circiter —"— —"—fl | 643

2do } Ad Cubiculum R. P. Rectoris novum et securum claustrum (: quia antiquum facile potuit aperiri :) provisum —"— —"— —"— —"—fl | 36

3tio } In infimo Curritorio Cubiculum inhabitabile adhuc, restauratum et nova fornace extructa, dealbatisque parietibus propter Commoditatem Patris Operarii aptum factum —"— —"— —"— —"— —"— —fl | 100

4to } Supra portam et horologium, tectum novum datum fl 20 horologium reparatum fl 59 Simul | 79

5to } Veteris Collegii pars, quæ est ad orientem, Cujus et tectum totum erat vitiatum, et Cubicula inhabitabilia propter ruinam, restaurata, Et ad Commoditatem propter Filium Illustrissimi Palatini Calisiensis accommodata Expensa in restaurationem facta Circiter —"— —"— —"— —"— —"— —"— —"— —"— —"— —fl | 800

6to } Platea quæ est inter Collegium et Scholas lapidibus regulariter strata, incipiendo a Lapidea dicta Plesniewiczowska prope templum usque ad Spatium quod est inter Scholas et domum Præpositi Collegiata Divæ Magdalenæ. expensi circiter fl— | 120

7mo } In area Collegii Canalis positus ex Solido muro ab officina Lanionis usque ad murum veterem inter templum et novum granarium jacentem protensus. Expensa Circiter —"— —fl | 465

8vo } Medietas Lapideæ Vicinæ Templo dictæ Plesniewiczowskie Contigua area Collegii Cujus muri magna ex parte Corruerunt et omnes trabes ruissent, restaurata est, et in formam Granarii erecta ex Solido muro. Continens tres partes infimam ad recipiendos Currus, Mediam et tertiam ad brasea et aliud quodcunque granum, Quod in æstate ne attumpat pavimentumque ex Lateribus vulgo z Jastrychu positum est. Expensi in materiam et artifices Circiter —"— —"— —"— —"— —"—fl | 2192

9no } In Braxatorio novus Cadus major, in quo brasea parantur emptus fl 42 rota nova in molendino Collegii fl 60 Reparatio Molendini fl 40 Simul | 142

10mo } Aquæ ductus totaliter de novo factus incipiendo a muro Civitatensi vicino stabulo majori Collegii per aream ad Braxatorium et a braxatorio usque ad Culinam in quo omnes tubi novi positi sunt. Expensi Circiter fl —"— | 222

11mo } Tectum in tiddi, quæ est supra portam areæ Collegii, vicinam porta Vratislaviensi Civitatensi, reparatum totaliter omnibusque imbricibus Calx ex lapide subjecta est impensi Circiter fl —"— —"— —"— —"— —"— —"— —"— —"— | 375

12mo } Officina Crematoria in parte Gracatorii Vetere facta, accepti sunt ad illam Cacabi, Unus de villa Piotrowo novus, alter vetus quia otiosi Ibidem jacebant, 3tius ex Collegio Vetus, in quorum restaurationem, et in alia Vasa ad hanc officinam necessaria Expensi fl — " — " — " — " — " — " — " — 200

Summa facit 5174

Melioratio in Fundis Collegio adjacentibus aere Collegii facta

1mo } Lapidea Kiersciana ex opposito Bursa nostrorum Musicorum donata ab Illustrissimo Josepho Thadaeo Kierski, In Cujus facie nova dedit fundamenta R. P. Antecessor, Alii tamen muri magna ex parte jam ruinae proximi erant, Hanc ego reparavi expensis in artifices et materias — " — " — " — " — " — " — " fl 3614.

Fructus ex illa percipitur Singulis annis fl 230 a Perillustri M. D. Rogalinska, quae ut ad vitae suae tempora resideat ibidem, obtinuit facultatem a R. P. Provinciali. Ut vero hanc gratiam mereretur expendit gratuito in fabricam ejusdem Lapideae pro aliquibus ad suum commodum fl 451 g 12 Et Eleemosynam Collegio dedit in aureo Aureos 15

2do } Lapidea Pogorzelsciana vicina Bursa musicorum, quam jure advitalitio possidebat olim Castellana Calisiensis Stara Tachowska nunc uxor M. D. Koszucki pro donatis Collegio fl 1000 Ius est in Resignatione R. P. Adriani Miaskowski 1716 Sub titulo elocata Bona Collegii Nro 2do. Quia vero in eo Contractu advitalitio debuit Singulis Annis pendere Templo nostro fl 50, quod ad partem Proventus ex hac Lapidea Spectavit et spectat Semper: Et pensionem hanc ab anno 1716 ad hac usque tempora retinuit, Nihilque toto hoc tempore nisi duos boves ad macellum Collegio dedit aestimatos aureis 18. Tum quia per summam illius incuriam Lapidea haec tantam passa est injuriam, (et in proximo erat, ut corrueret tota) Ut in ea praefata Dna amplius residere non posset: De quo aliquoties expostulavi cum ipsius marito, ut ruinae consuleret, Sed nihil evici nisi hoc, quod mihi claves reddiderit, ac Nobis reparandam reliquerit. Itaque Lapideam hanc a praefata Dna abutente jure advitalitio, propter ruinam Lapideae causatam, per hoc quod in ea non residebat, Sed eam ceu desertam relinquebat in manibus Vetularum, quae porcos, vaccas, suas in ea conservabant et ceu Stabulum quoddam pro equis variorum hospitum elocabant Propter rationem hanc inquam recepi in potestatem nostram Lapideam Restauravi Expensis in eam — " — " — " — " — " — " — " fl 2150

Elocavique illam Perillustri M. D. Sophiae Gorzenskae Venatrici Wschovensi ad triennium Ea Censu annuo 20 Aureorum Singulis annis pendendo; quos jam mihi anticipato reddidit, Et ego ex illis Patri Praefecto Templi dedi flor: 85 Quamlicet non nisi fl 77 debebantur, dedi tamen plus compensando annos antecedentes, quibus nihil percipiebat Templum. Adverto hic quod M. D. Koszucki rogavit me, ut illi elocarem eandem jam reparatam, promittebat Similem pensionem, Sed non credidi, neque posse credendum est illius promissis. Adverto 2do quod licet in Sua Resignatione 1716 R. P. Miaskowski Sub titulo elocata Bona Collegii Nro 2do Ubi de Lapidea Pogorzelskich, Scripserit obligatam fuisse Dnam ad vitalitiam ex hac Lapidea templo Singulis annis dare florenos 50, tamen Considerata resignatione R. P. Bieczynski 1703 Sub titulo Fabrica templi ubi ponit informationem de emundatione Bonorum Collegii ab oneribus Templi, approbata a R. P. Visitatore Dietrins; juxta hanc informationem ex Lapidea Pogorzelskich debet floren: 77 Semper Census Spectare ad templum. Quia sicut ibi dicitur Templi Summa fl 1100 in Lapideam Pogorzelska translata ex Lapidea Ungrowska sive Grodzyska in Scholam Philosophiae conversa.

3tio } Lapidea Zgaiana medietas, immediate contigua Schola Grammaticae et Poesi Jam haec tota ita fuit ruinata, ut unum non nisi restaret Cubiculum infra, quod incolit Faber lignarius Albertus Zizbert, tectum tamen erat bonum, quo aliqui parietes protecti conservabantur: Haec Lapidea ita a me restaurata est, ut septem Cubicula nova habeat praeter unum antiquum et fornices 2 Supra terram et 2 infra terram ad servandas res: Restaurata est hujus Lapideae medietas fl — " — " — " — " — " 3231

Cubicula haec possent servire faeminis Nobilioribus, quae Soli DEO vacare cupiunt, Vel Studiosis, Si uni incommodo obviaretur nempe fetori ex locis secretis, quae possent extra lapideam dari immediate supra Canalem in platea quae mediat inter Nostras Lapideas et Residentiam Praepositi D. Magdalenae Posset que ex illa Census haberi fl 240. Altera ejusdem Lapideae medietas est in usu Scholarum pro Dialogis Et quia notabiliter latior et longior, poterit restaurari et in aulam ad Dialogos aptam efformari: cui usui medietas a me restaurata aptari non poterat, quia est brevior.

4to } Lapidea Domiechowska Dicta reparata, in qua duo Cubicula nova et Commoda accesserunt Expensi in eam fl — " — " — " 800

Statuarius in ante 2 Cubicula in 2da Contignatione Sita Conduxerat in annum aureos 6

5to } Domus nova aedificata in Suburbio vicina nostro horto prope apiarium Expensi in Eam — " — " — " — " — " — " — " — " ƒ Habet 2 Cubicula & 2 Cameras, elocata est in medietate horti adjacentis ex Censu Annuo ƒ 55. Paulo [illegible] Pistori, debet hunc Censum Solvere per ratas 4 Annus inchoatus a 29 9bris 1743. — 400

6to } Altera ibidem domus Vetus reparata, totum tectum ex stramine novum impositum et Caminus datus novus parietes quoq reparati ƒ Elocata est Cum mediate horti adjacentis Adalberto Wilhem ex Censu Annuo ƒ 33 — 40

7mo } In officina lotoria tectum novum datum circiter ƒ 50 & pisci na ante lotoriam nova ƒ 150, bo z samych balow dębowych Simul — 200

8vo } Reparata officinae Latericia tecta omnia et fornax, altera ad Calcem Coquendam nova ex Solido muro extructa fornax puteus quoq reparatus ad eandem & Canales vulgo rynny nowe ƒ circiter — 400

9no } In Suburbio Gaski dicto Domus est ad meridiem ex opposito Collegii, huic majore ex parte novum tectu impositum ex tegulis Dranicae dictis, erectum ibidem novum Stabulum & Sepimentum ex integro novum pro Securitate loci, in quo Collegii ligna in majore quantitate provisa asservantur Expensi circiter ƒoi: — " — " — " — " — " — " — " — " — 300

10mo } In horto Collegii nova Culina aedificata circiter ƒ 150 Sepimentum in notabili Quantitate ex parte respiciente Orientem erectum novum & in multis locis Vetus reparatum Circiter ƒ 100 Apiarium novum Circiter ƒ 80 Simul — 330

11mo } In eodem horto Collegii 5. Piscinae restauratae, omnes expurgatae, effluviis ex Solis arboribus querenis Solidè munita, 5ta ex arboribus pinaticis habet effluvium Expensi in Omnes Circiter ƒ. — " — " — " — " — " — " — " — 1650

Summa meliorationis aere Collegii facta in Fundis Collegio adjacentibus — 13123

Melioratio in Pagis Collegii facta aere Collegii

In Fundis ad Piotrkovum Spectantibus diversorium novum cum novo Stabulo ƒ 600 Domus nova in Villa Strzy: na ƒ 100 Simul — 700

Piscinae 9 expurgatae Carpionibus qui duobus Sextariis sunt empti 128 aliisq minoribus Carpionibus 2000 repletae Anno 1742 Novis duo effluviis querenis munita Unius antiquus effluvium reparatum 4ta Piscina expurgata, sed nondum effluvio munita Expensi sunt ƒ — " — 1500

Effluvium ad Stagnum Kopel unum totaliter reparatum ƒ 200 Alterum effluvium ad idem Stagnum magna ex parte inchoatum ƒ 200 Simul — 400

In Fundis ad Bona Siekierki Spectantibus Aulae tectum novum impositum, parietes reparati, ultra expensam a Patre Procuratore Orzowski factam, expendit Collegium ƒ — " — " — " — " — " — " — 330

Powarzewice duo Stagna unum majus prope ipsam villam, alterum aliquanto minus & remotius à Villa, expurgata, novis effluviis Solide munita, piscibus repleta, praecipue majus Carpionum Sexagenis Circiter 30 Anno 1741 in 8bri. Minori verò Stagno Anno 1743 in Martio impositi pisces qui dicuntur Karp. [illegible] Ceblow 5. Expendit Collegium in majus Circiter ƒ — " — " — " — " — " — 3140

In minus expendit Circiter ƒ — " — " — " — " — " — " — " — 2000

Ibidem ad molendinum pneumaticum emit Collegium Lapidem Superiorem. ƒ — " — " — " — " — " — " — " — " — 139

Wydzierzewicis molendinum equile reparatum, nova ad illud data rota, Expendit Collegium ƒ — " — " — " — " — " — " — " — " — " — 125

In Fundis ad Bona Mechlin Spectantibus Aula reparata ƒ 100 Braxatorium reparatum ƒ 290 Granarium novum aedificatum ƒ 700 Stabulum novum pecuarium aliàs Obora ƒ 100 Molendinum pneumaticum ƒ 200 restauratum. Diversorium in loco Topiatka dicto reparatum, & novum Ibidem propter equos itinerantium Stabulum extructum ƒ 500. Simile Stabulum propter itinerantes Dąbrowa ad diversorium novum additum ƒ 300 Domus novae 4 Mechlini propter Subditos ƒ 400 & Dąbrowa duae ƒ 200 aedificatae. Ovile novum Mechlini extructum ƒ 500 Molendinum aquaticum reparatum ƒ 300. Prata Mechlinensia virgultis plena, & infructuosa, purgata & facta fructuosa ƒ 200 In Campis Mechlinensibus viciles fossa reparata ad siccandos campos valde necessaria ƒ 867 Agri arboribus & virgultis obsiti, eradicatis arboribus redditi fructificantes ƒ 100 Simul — 4667

Summa meliorationis in Pagis aere Collegii facta — 13001

Melioratio in Pagis ex Proventibus eorundem facta

In Bonis Jeżyórki Molendina duo pneumatica ad villas Stupia & Janusyewice ex integro nova aedificata ƒ 3000 In Bielany novum Stabulum pecuarium ƒ 470 Ibidem hortum novum ƒ 220 In villa Stupia duae, in villa Piekary una domus propter Subditos, novae aedificatae ƒ 270 In iisdem Bonis Jeżyórkensibus Stagna duo expurgata effluviis & lignis querenis munita, piscibus notabiliter provisa ƒ 1600 In villa Stupia reparatum templum, tectum novum ex integro datum, parietes asseribus novis undiq a tempestate muniti Expensi ƒ: — " — Simul

In Villa Dębina officina Crematoriae nova et Granarium novum aedificata flor: 200

In Bonis Piotkowo Stabulum equile et pecuarium novum aedificatum est fl 400 Domus nova in Piotkowo propter Subditos 5. In Daszewice 2 fl 700 — " — " — " — " — " — " Simul | 1100

In Bonis Siekierki In Villa Wielkie Siekierki hortum novum aedificatum fl 300 Granarium novum fl 500 et amplius: domus propter Subditos 2 nova fl 200. In Villa Siekierki male domus similes 4 fl 400 In Villa Gowarzewo similes domus 2 fl 200 et Stabulum pecuarium fl 100 In Villa Uwydzierzewice domus similis 1 fl 100 et Stabulum pecuarium fl 100. In Villa Nagradowice Ovile novum fl 300 domus propter Subditos 2 nova fl 200 Simul | 2400

Summa Meliorationis in Pagis et Proventibus eorundem

Status Habitualis Collegii

Aluit Collegium per annos officii mei 1741 Personas 65 1742 Personas 61 1743 Personas 69

Proventus Collegium habet Imprimis ex Pagis et praediis 2do ex Lapideis, Domibus, Fundisq. vel in Civitate vel in Suburbio existentibus. 3tio ex Censibus qui a certis Summis apud varios Locatis Collegio pendentur.

Primi Generis Bona. Ex Parte hac Varta fluvii ex qua et Collegium est fundatum Sunt Bona dicta Jeziorecensia, quae habent 3 Praedia Jeziorecense Bielawiense et Dębinense, Villas 9 Jeziorki Piekary, Stupia, Januszewice, Łemsko, Bielawy, Jerzyszkowice, Kozle, Dębina.

Expediret autem (: quod etiam R.P. Adrianus Mias[k]owski in Sua Resignatione 1706 Dadebat:) In Kozle aliquod praedium fieri, ex eo, quod ibi sint optima pascua pro Ovibus ex quibus Notabilis proventus Collegio accederet. Haec Bona Sunt in optimo Statu, ex eo, quod habeant (: Procuratorem et Religiosi boni amantem, et optimum Oeconomum, per cujus efficaciam Semper meliorantur, neq. indigent Subsidio a Collegio. Imo per tempus officii mei multa Collegio pro parte Siekierecensi et Mechlinensi Suppleverunt Quia singulis annis pabulum propter equos Collegii inde dabatur pro parte Siekierecensi et tantum hordei pro braseis ex Bonis Jeziorecensibus

percepit Collegium, quantum Suffecit pro Cerevisia. Cum Siekierecensia Bona nisi uno Anno 100 Metretas pro braseis intra meum triennium Collegio dederint. Insuper pecunia et grano ex Bonis Jeziorecensibus percepto, praecipue hordei et siliginis, tempore mei officii Notabile Subsidium dabam Bonis Siekierecensibus, maxime autem Mechlinensibus.

Ex altera parte fluvii Varta Sunt 1mo Bona Siekierecensia dicta, habentq. Praedia 4 Siekierecense, Gowarzewiense, Uwydzierzewiense, et Nagradowiense, Villas 6. Siekierki majus et Siekierki minus, Gowarzewo, Sienowice, Uwydzierzewice, Nagradowice, et insuper Sortem in Krzyżowniki. Haec Bona (: ut meus R.R. Antecessor in Sua extra resignationem informatione annotavit:) per Stationes militis Saxonici et Polonici, per inundationem Agrorum, per amissionem Subditorum febribus petechialibus, seu quadam Specie Pestilentiae, per amissionem Inventariorum, praecipue ovium. (: In omnibus enim his Bonis ad initium mei regiminis non nisi erant oves 280:) ad ultimam fere ruinam devenerunt, adeo (: ita Scribit R.P. meus antecessor:) ut ex Sola medietate fundationis Scilicet ex Bonis Jeziorecensibus, ali Collegium debuerit. Ruebant enim aedificia, et ex defectu pecuniae non restaurabantur. Jacebant agri in Magna parte steriles et inculti, Et licet aliqui Conseminabantur, exiguus tamen correspondebat labori proventus, quia non excolebantur ita, ut oportet ex defectu hominum et Inventariorum. Succurrebant his Bonis mei R.R. P.P. Antecessores triplici via nempe 1mo Paratam dando pecuniam Procuratoribus et granum praecipue hordeum pro Conseminatione, ac inventaria 2do Satisfaciendo Obligationibus pro Bonis iisdem, ad quas illa tenentur 3tio negative non exigendo ea quae haec Bona Collegio tenentur Suppeditare. Iisdem insistendo vestigiis Succurrebam pariter modo triplici 1mo ad Initium mei Officii dedi Patri Orłowski Procuratori aureos 50 idest fl 900 Item alio tempore fl 396 In rebus variis ut Lupulo fl 508 In Sale fl 330 In hordeo fl 468 In equis 4 do Fornalki fl 596 Equo Lupini Colonis ad Currum Procuratoris fl 100 Equo Szpakowaty do fornalki fl 144 Equo propter Cmetonem Jarmużek fl 80 Equa fl 50 propter Colonum Pałka dictum. Equis 7 in Majo 1743 emptis fl 452 Equis duobus propter Własto Colonum fl 100 Equis duobus propter Cauponatium in Krzyżownik fl 120 Vaccis 4 Uwydzierzewicias fl 320 Vaccis 4 Nagradowicias fl 200. Boves quoq. per meum triennium pecunia Collegii ad laborem emi 123 propter Bona Siekierecensia, Expendiq. in illos fl 6982 Sed quia in illis aliqui Sunt inventi inepti ad laborem, adeoq. ad macellum redditi, pro aliquibus vero aptis ad laborem et applicatis sive praediis sive Colonis, alii restituti Collegio ad

macellum, saltim medium pretium expensum in omnes præfatos boves æquare poterant, proinde non æstimo subsidium Siekierecensibus Bonis datum in bobus nisi ƒ 3491. Oves quoq alijs Bonis acceptæ et propter relocatio-
nem datæ ad Bona Siekierecensia Nempe Mechlinô 80 Piotrowo 180 ita ut modo in Bonis Siekierecensibus inveniantur Oves omnes 716 et ad initium mei regiminis non erant nisi 280. 2do Obligati-
ones pro Bonis Siekierecensibus Collegium suppleuit, pro illis enim Bursæ nostræ Musicorum per duos circiter Annos dedit cerevisiæ dolia circiter 48 quæ ad minimum ƒ 5. æstimata faciunt ƒ 240 In parata quoq pecunia dedit Bursæ Collegium pro Bonis Siekierecensibus ƒ 56 Pro iisdem Bonis Siekierecensibus eam censum de Nagradowice a sum-
ma ƒ 200 Collegio Vicariorum Ecclesiæ Cathedralis Posnan: pro Anno 1740 1741 et 1742 ƒ 42 Et de eadem villa Nagradowice censum a summa ƒ 200 Altaristæ Capellæ Gostinianæ pro Anno 1740 ƒ 14 solvit Item de Villa Nagradowice a summa ibidem locata ƒ 200 spectante ad Ecclesiam Collegiatam S. Nicolai censum pro Annis 1740 et 1741 ƒ 28 Collegium solvit. De 2da vero villa Sienowice a summa ƒ 100 ad Ecclesiam Kurnicensem spectantes census retentos usq ad crastinum S. Joannis Baptistæ 1743 ƒ 68 Collegium solvit. 3tio modo subsidium negativum Siekierecis à Collegio notatur Quia per annos 3 a 27 Julii 1740 ad 10 9bris 1743 ad singulas provisiones addere debuit ƒ 50 ad minimum et non addidit ad provi-
siones 21 quod facit ƒ 1050. Item pro Quadragesima singulis Septimanis, quibus Siekierecis provisio debebatur debebant et flor. 100 per tres annos, in singulas Quadragesimas computando ƒ 300 facit ƒ 800 2. in una quadragesima dati ƒ 100 Pro Sale alterna-
tim cum Jezioricensibus Siekierecensia Bona debebant dare in sin-
gulos menses tynf: 24 facit per tres annos ex parte Siekierecensi pro mensibus 12 tynf: 208 Idest ƒ: 364 g 24. Singulis quoq Annis hæc Bona obligabantur Collegio dare hordei me-
tretas 150 tritici 100 Non dederunt nisi semel hordei metretas 100 In hordei metretis 350 ƒ 2100 In tritici metretis 300 ƒ 3000

Summa Subsidii tam positivi quam negativi Bonis Siekierecensibus a Collegio præstiti Non computando Oves facit ƒ	16077

Deinde Bona Mechlinensia Quæ habent villas 4 Mechlinum Dąbro-
wa, Lężyny, Kaleje, totidemq prædia nempe in qualibet villa Et molen-
dinum aquarium in fluvio Warta in loco dicto Kotowo Molendinum vero Pneumaticum in Campo Mechlinensi. Hæc Bona Me-
chlinensia ad ultimam ruinam jam pervenerant, ita ut ad initium regiminis mei, propter exiguum quod adhuc supererat Inventarium conservandum per hyemem, et fœnum et stramen, propter ho-
mines vero conservandos ad conseminationem, siliginem, hordeum,

et avenam emere debuerim, agrorum vix aliqua erat cultura ob defectum Inventarii: ædificia vetustate consumpta, ruebant, Grando uno Anno ma-
jorem prope medietatem Messis concussit et annihilavit. Subditi per continuam lignorum devectionem in Civitatem Szremensem ad venditio-
nem, et sua inventaria debilitando reddebant insufficientia ad agricultu-
ram et nostras devastabant sylvas. Et ipsa Bona omni possibili modo conatus sum sublevare. Adeoq in subsidium illorum dedi ad manus C. Procuratoris toto triennio pluribus vicibus parata pecunia ƒ 5447 g 12 / 2 Quas ille expendit (ut est in rationibus ejus) partim in novorum ædificiorum erectionem, partim in restaurationem et reparatio-
nem antiquorum, partim in expurgationem pratorum et agrorum, par-
tim in fossas agrorum, partim in alias necessitates Pagorum inevitabiles et obligationes Insuper subsidium in rebus dedi ad eadem Bona nempe in Cremato ƒ 1162 g 6. In Lupulo ƒ 540 In Siligine hor-
deo et avena ƒ 2147 In Sale ƒ 491 In equis ƒ 200 In bobus ƒ 1309

Summa Subsidii Bonis Mechlinensibus à Collegio dati — „ ƒ	11392	18 2

Tandem Bona Piotrowo dicta, estq una villa unum habens prædium et duas sortes unam in Darzewice Pago Perillustris M. D. Hæredis Kurnicensis, alteram in Głuszyna Pago Illustrissimi et Rndssmi Episco-
pi Posnan: De hac sorte quæ est in villa Głuszyna sciendum quod et Illustrissimus Hosius et modernus Celsissimus Czartoryski Episcopi voluerint illam nobis adimere, quasi ab Episcopo aliquo Posnaniensi donatam, sine Beneplacito Romano. Cæterum et meus R. P. Antecessor Illmo Hosio, et ego Illmo Czartoryski repræsentavi totam Głuszynam fuisse Juris Terrestris Adeoq et Episcopus quod ibi possidet, a Nobili acquisivit, et nos nostram sortem pariter, quæ in re tantum sunt duo Mansi pro Uno Colono sufficientes et fundus in ipsa villa pro ædificiis Unius Coloni. Hi ante mansi ita ad nos devenerunt 1602. Gene-
rosi Joannes et Andreas nepos et Patruus Skrzetuski hos duos mansos resignant Generoso Martino Skrzetuski Eodem actu G. Martinus Skrze-
tuski eosdem duos mansos resignat Magnifico Petro Potulicki Pala-
tino Calissiensi. Huic succedit M. Stanislaus Potulicki Succamerarius Posnaniensis in Bona a Patre sibi relicta et in eosdem duos mansos 1612 M. Stanislaus Potulicki Succamerarius Posnani-
ensis donat et inscribit Collegio Posnaniensi hos duos mansos feria 2da post invocavit. Eodem anno feria 4ta post reminiscere intro-
missio officiosa facta et admisso in duos præfatos mansos juridice Collegio Posnaniensi traditos Et quia Illmo Episcopo Posnaniensi moderno non dum erat hac informatione satisfactum, putabat enim

De duobus mansis in Głuszyna

qd ab Episcopo Skrzetuski per privilegium aliquod hos mansos possederunt
Quare majus adhuc documentum in actis Posnaniensibus inveni fuisse hos
mansos equestris ordinis haereditarios A. 1504 feria 4ta post Laetare
Nobilis Nicolaus Hawski pro medietate villae Hatczyka resignata
duobus Nobilibus Fratribus acquirit haereditatem super hos duos
mansos. Hae Bona Piotrovensia ante non erant in sta-
tu sufficienti ut proventus necessitati eorundem et obligationi satis
facerent. Tum ex eo quod pascua propter inventarium deessent, tum
quod homines pauci fuerint, Unde stercoratio parva et pro colligen-
da messe expensa fiebat magna. Hordeum et Brasea ex Collegio se-
pius dabantur propter propinationem. Tum quod 1740 Anno magna
pars messis grandine concussa sit ibidem. Quare etiam sub-
sidium his Bonis dedi notabile in bobus 20 fl 1060 equis 2 fl 111
vaccis 2 140 in Sale fl 240 in Lupulo fl 440 in Braseis et hordeo
fl 596 pro messe colligenda fl 111. Quanquam puto jam istud
compensatum Collegio siquidem ex hac villa accepi 2 equos et
boves 15 ad Macellum Annis antecedentibus et hoc Anno 1743 bo-
ves 10 pariter ad macellum praeter acceptam siliginem ad paran-
dum Crematum et ad venditionem varia frumenta ut est in rati-
onibus. Caeterum modo stante possessione nostra praedii Swigtni-
ki, majora habemus pascua, numerosius inventarium, pluresque
homines, et hordei sufficientiam, ut non indigeat haec villa subsidio
ex Collegio. Sed potius illa notabiliter, poterit juvare Collegium
suis proventibus.

Ex Omnibus ergo praefatis Bonis proventus est quem R. P. Rector
percipit 1mo Lana utriusque tonsionis cum ex agnellis† 2do Verveces
4ti anni, in 4to enim anno non nisi solent vendi. 3tio Siligo, et triticum,
si ultra seminationem, aliosque usus necessarios Collegii et praediorum superest, ad
R. P. Rectorem spectat. Haec omnia venduntur, et pro illis pecunia, ad
manus R. P. Rectoris redditur. Hic proventus non est semper aequalis,
sed nunc major, nunc minor, pro varietate circumstantiarum. 4to Census
fl 240 a Piscatoribus Stupensibus juxta Antiquas Resignationes, debet
reddi R. P. Rectori, mihi nunquam redditus, C. Procuratore asserente
pro ratione impotentiam eorundem piscatorum. 5to Piscator Mrowi-
ensis dabat fl 100 pro piscatione in Warta et lacubus Mechlinensi-
bus olim, stante meo officio nihil accepi, tantum C. Procurator aliquid.
Unde ultimo Anno piscationem ipse institui, et in piscibus plus quam
200 fl accepi. 6to Ex Pagis Proventus est, Provisio gra-
ni sufficiens ad Cerevisiam Collegii. Olim pars Jeziorecensis ad Braxa-
torium providere debuit statim post finitam messem hordei Metretas 150
et tritici Metretas 100. Totidem pars Siekierecensis, sed simul sumpta cum

† vulgo Jarzęcka

Bonis Mechlinensibus. Ego per tempus officii mei hordeum solum pro Cerevisia
accepi, idque tantum ex parte Jeziorecensi, Quia† tritici messis ob Inclementiam hyemis
periit. Et quod deerat supplevi empto hordeo: Altero Anno ex Bonis Jeziorecensibus
sufficientem accepi in hordeo provisionem pro Cerevisia additis hordei 100 metretis ex
parte Siekierecensi. Triticum vero vendidi ex Bonis Jeziorecensibus. 3tio Anno
sola Bona Jeziorecensia hordeum sufficerunt pro Cerevisia Collegii Ex Siekierecensibus
vero Bonis 100 Metretas hordei dedi in subsidium ad Bona Mechlinensia.
Triticum autem ex Bonis Jeziorecensibus vendidi. Quare salvo meliore judicio
censeo pro majore bono istius Collegii utilius esse, si triticum vendat R. P. Rector
ex omnibus Bonis, ex hordeo autem Cerevisia fiat, Cujus Bona Jeziorecensia possunt
dare Metretas 350 vel etiam 400 sicut mihi dabant, Siekierecensia hoc Anno
150 possunt dare sed futuris Annis in eadem Quantitate cum Jeziorecensibus dare
poterunt. 7mo Proventus pro pabulo equorum Collegii Stramen se-
ctum et foenum utraque pars providere debet. Ex illa parte ex qua provisio datur
singulis septimanis Metretae 16 straminis secti. — — Duo currus foeni
debebant dari, sed per tempus officii mei ex Villa Dębina adverti foenum devehi
solitum in ea quantitate exiguum, ut longe majore pretio aestimari deberet ipsa ve-
ctura ex Villa Dębina Posnaniam per 5. milliaria 4 equos et 2 homines defa-
tigans, duorumque dierum spatio, quam foenum quod advehebatur. Quare malui
pecuniam a C. Procuratore accipere et foenum emere, quam ex Villa Dębina
illud habere, Dedique C. Procuratori Siekierecensi Aureos 20, ut etiam nomine
partis Jeziorecensis / et non tantum nomine suae partis. / provideat Collegio foenum
ad Julium inclusive 1744 Anni.# Pro eodem pabulo equorum pars Sie-
kierecensis ut ante obligabatur, ita et modo debet dare qualibet septimana 5. metretas
vulgo Ćwierćni siliginis, et de facto potest. Siquidem cum restante hoc Anno habuit sili-
ginis Sexagenas 946. Ex praedio vero Dębina possunt dari singulis septimanis Me-
treta siliginis 3. sicut et mihi et Rndo Patri Antecessori meo dabant: siquidem in
hoc praedio Anno isto cum restante fuerunt siliginis Sexagenae 474 Quae siligo si in
tanta quantitate non erit necessaria pro equis, converti poterit in Crematum.
8vo Proventus ex Bonis Jeziorecensibus. Quod haec providere debeant ex siligine
farinam pro pane in omni sufficientia, tam propter nostros meliorem et candidiorem,
quam propter familiam Collegii ordinariam,
9no Proventus Lignorum quartalia vulgo ćwatery propter fornaces pro hyeme
Pars Jeziorecensis 40, Pars Siekierecensis 50 suo sumptu et vecturis debent provi-
dere Collegio. Quia ergo nimis grave videtur Procuratoribus devehere haec Quar-
talia ex Swigtniki uno milliari, providere, et emere debent illa in suburbiis Civita-
tis Posnaniensis tempestive pro Anno sequente : alias difficile etiam erit† in tanta
quantitate ea emere hic Posnaniae :/ ut facilius e viciniore loco possint devehi
Pagorum vecturis. Jam in Sexagenis lignorum ad Culinam et Bra-
xatorium necessariis devehendis ad aquam et per aquam deferendis ad Collegi-
um, aut etiam emendis : si ita melius videbitur :/ debere adjuvari Collegium
non tantum a Parte Siekierecensi, sed etiam Mechlinensi.
10mo Proventus Provisiones hebdomadariae singulis septimanis quo ad victua-
lia, necessaria debent dari alternatim a Parte Jeziorecensi per tres septimanas
a Parte Siekierecensi et Mechlinensi per tres, sed ita sufficientes etiam pro solem-
nitatibus, quo ad omnia : excepta carne bubula piscibus vino et aromatibus :/ et
et Crematum et olera et oleum vel pecuniam pro oleo Clericis et Cremato teneantur
providere # Et in pecunia parata ad quamlibet provisionem addere fl 50 Et in quo
etiam salis dolia 2 minora vel pro illo tynfones 24 in singulos menses alter-
natim pars Jeziorecensis cum Siekierecensi.

† primo meo anno

14

Porro aurei isti 20 ita a me dati pro lupulo mittuntur dedi 15 quos misi r'dus restituit et pro cremato debuit 5. etiam sos ... restituit sos itaque cessi, ut foenum provideat.

† prope Syrenem

dragesima Cum Singulis provisionibus fl 100 pro piscibus, additis in eadem Quadragesima illis quae a R. P. Miaskowski in Resignatione 1706 recensentur.

11mo Proventus ad Vestiariam Pars Jezioracensis tenuioris telae volumina 30 singula ulnarum 12 debet dare, pecuniam solebat pro illa dare Ante meo officio fl 300 Pars Siekieracensis totidem vel telae tenuioris y pecuniae debet dare. Crassioris telae alias Zgrzebnego Pars Jezioracensis volumina 30 Pars Siekieracensis volumina 20. Media telae alias Pacześnego Pars Jezioracensis debet dare volumina 20 vel pecuniam pro illis.

12mo Proventus ex Sagena Cujus habet curam P. Procurator, et illi cedit pecunia pro minoribus piscibus vulgo kaszemica, pro restauratione Sagenae majores vero pisces Collegio

Piotrovo Proventus omnes R. P. Rector accipit ut Solvat Familiae annua Salaria.

Secundi Generis Bona Collegii

Lapidea dicta Pleniewiczowa Contigua Templo hereditaria Collegii, elocata tota M. D. Barbarae Raczynska ex Censu Annuo — " — " — " — fl	200
Solvit ad 31 Julii 1743	
Lapidea Rybskich dicta in Platea Vratislaviensi in ea directe linea in qua est et Bursa musicorum, tota elocata est Pictori Venceslao Haff ex Censu annuo fl	230
Solvit ad 29 7bris 1743	
Lapidea Logotzelskich dicta a me restaurata coepit fructificare Anno 1742 Tota elocata est L. M. D. Sophiae Gorzenska Venatrici Vschovensi ex Censu	170
Annuo 10 Aureorum quos Anticipato Solvit pro Anno ad ultimam Augusti 1744. Advertendum quod inter hanc Lapideam et inter Bursam Spatium desertum et ideo ruderibus ac luto et fimo obrutum Spectet ad Collegium, fuit in eo Lapidea Kiersciana quae nobis est resignata. In Combinatione quam feci Cum Civitate, Cui hunc fundum, et Civitas Consensit ea Obligatione, ut evehantur per nos, Congesta illuc rudera, lutum, ac fimus, quam obligationem acceptavi, Quia maxima pars ruderum ex nostris Lapideis eo Congesta, quando illae reparabantur.	
Lapidea Kierskich a me restaurata coepit fructificare Anno 1741 tota elocata est ad Vitae tempora L. M. D. Rogalinska notariae Terrestri Posnaniensi ex Censu Annuo — " — " — " — " — " — " — " — fl	230
Solvit Censum ad 24 Junii 1743	
Lapidea Domiechowska dicta pars una elocata Statuario ex Censu Annuo Aureorum 6 quos Solvit ad 29 7bris 1743. — " — " — " — " — fl	102
In eadem Lapidea elocata hipocausta 2 a parte anteriore ex Censu Annuo Martino Ruel Artifici, qui pannum facit: Solvit ad 1 Aug: 1743. — fl	30
In eadem Lapidea elocatum hipocaustum inferius faeminae dictae Malarzka 17 9bris ex Censu Annuo — " — " — " — " — " — " — " — fl	16
Sunt et 2 Cubicula In 3tia Contignatione quae Saltem fl 60 possent elocari — " — " — " — " — " — " — " — " — fl	60
Lapidea Zgelich dicta a me restaurata habet Cubicula 7 nova Antiquum 1. Hoc antiquum 1 elocatum infimum Lignifabro Alberto Gizbert fl 24 Solvit ad S. Michaelis totum	24
Novum Cubiculum infimum elocatum Virgini Woyciechowska Solvit ad festum S. Michaelis 1743 — " — " — " — " — " — " — fl	20
Cubicula 3 in 2da Contignatione possunt elocari fl — " — " — " — " — "	100
Cubicula 3. in Contignatione 3tia possunt elocari fl — " — " — " — fl	60

Ex parte Veteris Collegii in Residentia Filii Illmi Palatini Calisiensis ab eodem annuus Census Speratur — " — " — " — " — " — " — " — " — "	200
Domus in Platea dicta quondam Paski, media Cum medietate Stabuli elocata Artifici Paulo Dobrosielski ex Censu Annuo — " — " — " — " — " — fl	50
Debet pro Annis Antecedentibus ad S. Michaelem anni 1743 fl 111 g 19 S. 1.	~~111~~
Altera medietas hujus Domus Concessa est ex Misericordia Matri pauperi L. Nostri Zarnowiecki Cum medietate Stabuli.	
Domus 3 adjacentes horto nostro majori, Cum Spatio serviente incolis domunculorum istarum, loco horti, Duae domunculae veteres sed reparatae Una vetus. Elocatae Reginae Grocka ex Censu Annuo fl 16 Incipit annus a Paschate 1743 fl	16.
Altera Vetus Cum medietate horti elocata Adalberto Witchelm ex censu Annuo fl	33
Incipit annus a 24 Junii 1743.	
Domus 3tia nova elocata 1743 29 7bris Paulo Kuk Pistori ex Censu annuo — " fl	55
Duo horti unus ex opposito Collegii minor, Alter major in quo et Piscinae Sunt versus Templum S. Martini. Ex quibus olera, fructus ac etiam foenum + in annum possunt aestimari fl 1000 Et quia jam Piscinae restauratae sunt 5. Crescere poterit proventus, etiam ex piscibus, si illis repleantur, ad quod praestandum, mei tempus defecit. + et piscinis commodum.	

Tertii Generis Bona Collegii

Summae Censuales in Bonis Nobilium Collegio inscriptae.

2000 m	Fl: Pol: in Bonis Strykowo et Sapowice Magnificorum Skaławriorum Census per 7 inscriptus, non datur nisi per medium, recipitur per Patrem Jezioracii residentem circa Festum S. Joannis Baptistae — " — " — " — " fl	70
1500	Flor: Pol: In Bonis +Kiszewko et Kiszewo Illmi Mathiae Mielżyński per 7 inscriptus Census per medium Solvitur Circa festum S. Joannis Baptistae — " — fl	52 fl 15
5000 m	In Bonis Blanice In Palatinatu Cracoviensi Census per 7 inscriptus per medium non nisi datur Recipitur per R. P. Provinciae Procuratorem fl	175
4000 m	Fl: Pol: In Bonis Dokowo et Spławie M. D. Francisci Bojanowski inscripta, ad annum accepta Solvit ille per 5 a 100 provisionem fl	200
Levata.	Sed quia vendidit praefata Bona, omnino expedit ut vindicetur haec Summa ab eodem ne pereat. + fl Summa levata de wiectko a Rege Stanislao 3000 a Synagoga Pyzdrensi fl: 886/20. Ex Collegio fl: 113/10 additi.	
3000 m	Flor: Pol: In Bonis Kaicze Illmi Szołdrski Generalis Majoris Poloniae locata Et Collegio transfusa per M. D. Ursulam Broniewska Sunt Ibidem per Eandem Dnam Templo nostro transfusa 4000 m fl Pol: Circa retentos Census jam Cum Illmo Generali Combinavi Et post Combinationem ad festum S. Joannis 1743 donavi Illmo Generali Censum, ex motivo duplicis gratitudinis pro labore in Commissione Mechlinensi et ex motivo obtinendae protectionis istius Summae, quam in Tribunali vindicare volunt Successores praefatae M. D. Ursulae Broniewska Sub hoc praetextu, quasi haec Dna in pias Causas plus erogasset Cum injuria Successorum, quam Successoribus reliquisset. Condescensio quae hoc Anno fuit in Bonis Rudzyński ratione horum 3000 m Cuinam debeant Competere, an Successoribus Dnae Broniewska An nobis, Causam non decidit, Sed ad Tribunal remisit Etiamsi jam prior Condescensio ante plures Annos Ibidem agitata adjudicaverit praefatam Summam nobis. Itaq	[illegible]

in Tribunali pendet Causa: missa Fri Procuratori documenta Petricoviam.

4000ᵐ fl Pol: Summa Collegio donata a p. d. Patre Stanislao Ratamowski quae sterilis in Archivo jacebat locata 1741 In Villa seu praediolo Swigtniki propter pascua ac ligna valde necessario vicino villae Piotroviensi.

Levata

2000ᵐ fl Pol: Ex usuali pecunia Collegii Collecta. M. Dnae Brudzewska magna necessitate pressae mutuo a me data, Simili modo, ut immediate praefata

Levata 4000ᵐ In Bonis Swigtniki locata, Ita ut in Bonis Swigtniki Collegium habeat 6000ᵐ fl Pol: Securitas Locationis est haec 1mo Quia in his Bonis nulla Sunt Debita alia. 2do Quia M. D. Brudzewska Cui data Sunt ista 6000ᵐ, a Marito Suo jam defuncto habet inscriptam et assecuratam dotem Suam 22000ᵐ fl Pol: In Bonis Swigtniki et Kanino. Quando itaq à me accipiebat 6000ᵐ Inscripsit illa Super omnibus Bonis ad se Spectantibus, praecipue autem Super Sua dote 22000ᵐ, quam habet assecuratam in Bonis Swigtniki et Kanino. 3tio Quia nobis modo obligatorio tradidit Bona Swigtniki, ea obligatione, ut non dimittamus illa de manibus nostris donec nobis Solvatur Summa 6000ᵐ Et Compensetur reparatio. Jam vero ab hac Summa est proventus talis: a 5000ᵐ In vim provisionis habemus Crescentiam, Et ligna ex fundo, qui vigore Contractus permissus est Nobis purgari, excoli, ut agri ad Seminationem augeantur. Habemus et pratum designatum vigore Contractus ad Colligendum foenum Tandem vigore ejusdem Contractus, liberam incisionem lignorum pro Necessitate praedii Swigtniki et praedii Piotroviensis, et libera pascua non tantum in Fundis Swigtniki: Sed etiam in fundis omnibus villae Kanino Idq non tantum propter Inventaria nostra, Sed etiam Subditorum. A Summa vero fl 1000ᵐ Obligavit se M. D. Brudzewska ad annuam per 7 provisionem in parata pecunia dandam. 1ma haec provisio in Crastino S. Joannis Baptistae Anno 1744 debebitur Quam si non dabit Certe non cedemus de Swigtniki donec reddatur Porro Contractus obligatorius circa haec Bona Swigtniki initus est Circa festum S. Joannis Baptistae 1741 finietur 1744 Circa idem festum Quo tempore vel restituetur Nostra Summa Vel si non restituetur Idem Contractus vel alius melior ad aliud Triennium fieri poterit.

Apud Civitates

12000 fl Pol: apud Perillustrem Magistratum Posnaniensem locata qualiter modo videnda Resignatio R. P. Joannis Szymonski Anno 1720 A qua ad Censum per 7 a 100 pendendum non tantum antiqua obligatione Sed etiam recentissima Combinatione meum Anno 1743 20 maji facta se obstrinxit praefatus Magistratus Ab hac igitur Summa provisio debet provenire — " — " — " — " — " — " — " — fl 840

Consultius videtur ut haec Summa levetur. Actio in Castro Posnaniensi pro ea levanda potest institui # Quia haec Summa fuit Juris equestris, Adeoq puto forum Terrestre pro ea vindicanda inscriptum.

(margin: # enim Summa propria M. Szydowski jure egit et Sic in Castro et Petricovie in Tribunali.)

Levata 10000.

4000 Tynfonum apud Perillustrem Magistratum Vschovensem # Census ab illa per 6. a 100 Solet Solvi Circa festum S. Joannis Baptistae et de facto

\# Haec Summa nobis inscripta à M. Dna Osolinska, quae illam realiter dederat Civitati Vschovensi ex censu 400 tynfonum, et tale Stante Sua vita proventum percipiebat, nunc vero

---

Solutus est ad praefatum festum in Anno 1743 qui facit Tynf 200 Idest fl — 253 | 10

8000ᵐ fl: Pol: Apud Synagogam Vronecensem à qua Census per 7 a Centum duabus ratis videlicet 1ma circa Epiphaniam fl 280 2da circa Festum S. Joannis Baptistae fl 280 Simul in annum Solvitur — " — " — " — " fl 560

Solutus hic Census circa festum S. Joannis Baptistae 1743. Sed quia haec Synagoga valde depauperata est timeturq ne Summa haec pereat videtur Consultius agendum pro Levatione ejus, maxime quod non nisi data sit ad 10 Annos ut in Resignatione R. P. Ratamowski facta 1737 videri potest

Summae Censuales Collegii apud Synagogam Lesnensem

18500ᵐ Florenorum Polonicalium.

Et. 4000ᵐ Tynfonum. — Pro quibus Summis Sunt antiquiora documenta varia, quia non simul dabantur istae Summae, Sed per partes, nec omnes Synagogae Lesnensi, Sed aliquae huic, aliquae Judaeis terrestribus. Sed Successu temporis assumpsit Synagoga Lesnensis Onus Solvendi provisiones etiam a Summis, quae Judaeis Terrestribus datae Sunt, feritq Complanationem Cum Collegio Posnaniensi Anno 1715. 31 Maji In qua se obligavit ad Solvendam Provisionem a Summa 18500ᵐ per 7; Aureos Computando fl 17 g 15. à Summa 4000ᵐ Tynfonum Aureos Computando tynfonibus tantum 13: Idq 4 Ratis 1. Pro Festo S. Michaëlis 2. Pro Festo S. Thomae Apost: 3. Pro Festo Paschatis 4. Pro Festo S. Joannis Baptistae. Pro Singulis ratis dat fl 414 g 14. Obligavit autem se Posnaniam afferre quamlibet Ratam; Et si hoc aliquando non faceret; Ipseq R. P. Rector Lesnam mitteret, pro vindicanda aliqua Rata, Tunc Synagoga; Et personae illi, et equis tenetur omnem Sustentationem providere, quamdiu Ratam non Solvet. Quia vero in praefata Summa fl 18500ᵐ Includitur Summa Templi 2000ᵐ fl Polon; et Fabricae Templi fl 500 à V. Bartsch Ideo ex Singulis ratis debent Templo dari fl 35 seu duo aurei Et Fabricae Templi fl 8 g 22 et medius grossus Antea dabantur Fabricae fl 8 et Solidi 2; Sed hoc non nisi per errorem factum. Bursae quoq Summa fl 1500 includitur in praefata 18000ᵐ fl, Adeoq ex Singulis ratis, debent dari Bursae Nostrae Musicorum fl 26 grossi 7 et medius grossus. Antea dabantur non nisi fl 26 g 7 non dabatur medius grossus Sed et hoc per errorem factum, Resta cujusvis ratae Collegio venit — " fl — 344 | 14

Summae Censuales Collegii apud Synagogam Posnaniensem

In Tynfonibus

à quibus Provisio Singulis hebdomadis per Partes Solvebatur.

6100ᵐ Tynfonum: Summa haec est ordine prima, posita in Inscriptione Castrensi Posnaniensi 1694 Feria 5ta in Vigilia Festi Visitationis Bmae V: M: Haec vero inscriptio Continet in se Summas Collegii octo, Templi Summas tres, Bursae Musicorum Summam unam, de quibus infra. Et habetur Authentica in Collegio ista Inscriptio. Sub nro 10

5000ᵐ Tynfonum. Summa haec in praefata immediate Inscriptione 1694 est expressa, Et vocatur altera Summa. Ab his duabus Summis

inscriptus erat Census per 10 Solutionis tempus Crastinum S. Joannis Baptista designatum. Documentum est sub numero 10

3000m Tynfonum: Pro hac Summa est documentum 1688 Anno Danygoly membran Habet titulum in superficie Rekognicya Synagogi Poznanskiey na piętset Talerow twardych z prowizyą od sta po 9 Tempus Solutionis 1. Augusti designatum. Documentum sub nro 11

21000m Tynfonum. Pro hac Summa est originale seu manualis Inscriptio anno 1685 In Crastino S. Bartholomaei Et provisio pro eadem tempore per 8 Inscripta Eadem inscriptio est in castris Posnaniensis actis Feria 3 ante Festum Simonis et Judae Apostolorum 1685 Documentum sub numero 10

Omnes hae Tynfonum Summae, faciunt Summam unam Tynfonum — 35100

A qua Summa provisio in annum per 7 à 100 facit Tynfones 2457 idest /: Tynfones reducendo ad florenos :/ facit fl. — — — — — fl. 3112 16

Per 5 vero a 100 facit Tynfones 1755 qui florenos Polonicos faciunt 2223

Summae censuales apud Synagogam Posnaniensem in Florenis Polonicis

a Quibus Provisio singulis hebdomadis per partes solvebatur.

4000m Flor: Polon: Summa inscripta inscriptione 1694 in Castro Posnaniensi Feria 5 in Vigilia B.V.M. Vocatur ibidem Summa 1ma per 9 a 100 Terminus Solvendae provisionis pro Paschate # — # documentum nro 10

3000m Flor: Polon: eadem Inscriptione 1694ti in actis Castrensibus Posnaniensibus Feria 5ta in Vigilia Visitationis B.V.M. inscripta Vocatur in ipsa Inscriptione Summa ipsa Summa 6ta Terminus Solvendae provisionis designatus Crastinum S. Joannis Baptistae per 10. Documentum sub nro 10

1500 Flor: Pol: eadem inscriptione ut immediate supra 1694 in Actis Castrensibus Posnaniensibus feria 5ta in Vigilia Visitationis B.V.M. Vocatur 4ta Summa Terminus Solvendae provisionis pro Festo S. Martini per 8. Documentum sub nro 10

1000 Flor: Polon: eadem ut immediate Inscriptione 1694 etc: Comprehensa, vocaturq Summa 9na Terminus Solutionis in Crastino S. Joannis Baptistae per 10. Documentum nro 10

740 Flor Pol: eadem 1694 ut supra inscriptione expressa, vocaturq ibidem Summa 10ma. Terminus Solutionis 1 7bris per 8. # — # documentum nro 10

1200 Flor Pol: Hae Summa in Actis Castrensibus Posnaniensibus Inscripta 1695 Feria 2. post Festum Ssmae Trinitatis Documentum nro 18.

500 Flor: Pol: Hac Summa Collegio donata a Virgine Margaretha Sosinska ex Summa Flor: Pol: 2500 locata apud Synagogam Posnaniensem Anno 1701 et anno 1703 Ex qua ab eadem Templo fl. 1000, Et Congregationi Bonae Mortis fl. 1000 donata documentum nro 55

15000m Flor Pol: Hae Summa est donata pro Vestiaria a Perillustri M. D. Anna Butakowska Pocillatrice Posnaniensi

Inscripta 1699 a Synagoga Posnaniensi Collegio, et roborata in Castro Posnaniensi. Flor: 6 post Festum Exaltationis S. Crucis 1699 Provisio per 9 pro 15 7bris Solvenda. Documentum nro 13.

6000m Flor: Pol: Haec quoque Summa est donata pro Vestiaria Ab eadem Perillustri Benefactrice Butakowska per 10 a 100 Obligatio Synagogae Posnaniensis Cui data est haec Summa, Obligationis vero gotij membran est in Collegio. Documentum nro 14

3500m Flor Pol: Ab eadem Benefactrice donata, apud Synagogam Posnaniensem locata, 1mo fl. 3000m Anno 1700 4 7bris. Deinde fl. 500 locati 6 Junii 1714. Census per 7 duabus ratis debet reddi, pro 1ma Januarii medietas, et 1ma Augusti altera medietas. Qui Census ex intentione Fundatricis sic debet dividi: In anniversarium 14 9bris celebrandum pro anima illius, Collegium sibi retinet fl. 100 pro tractatione nostrorum in eodem Anniversario, et fl. 20 pro vino ad missas, Bursae musicorum dat fl. 10, Templo dantur fl. 115 /: quando totus Census per 7 recipitur:/ Quod si per 5 census datur per proportionem diminuitur et Bursae et Templo # — # Documentum nro 15

1000 Flor: Pol: Ex Summa a Virgine Gutowska Collegio donata, ex Summa totali fl. 2500, In actis Castrensibus Posnan: 1662 Feria 4. post Festum S. Andreae Apostoli; Locata vero apud Synagogam Posnaniensem 1700, ex Censu per 10 pro Festo S. Michaelis # Donaverat eadem Virgo praefata inscriptione Collegio et fl. 500 apud Rabinum Neftali, donavit et Templo eadem inscriptione fl. 1500, Sed Pater Poradowski accepit fl. 1000 Et in Fabricam Templi Convertit Unde Templo non nisi fl. 500 apud Synagogam restant ex Summa sibi donata a V. Gutowska. Advertendum autem hic quod haec virgo Gutowska non simul praefatam Summam fl. 2500 sed per partes dabat Synagogae Posnaniensi. 1mo ante annum 1694 dedit 700 fl. Pol: Et haec in inscriptione 1694 Feria 5ta in vigilia Visitationis B.V.M. inter alias duodecim est Summa posita, et numeratur, vocaturq 8va Anno 1697 dedit fl. 100 cum manuali syngrapha assecuratione. 1700 1 9bris dedit Synagoga fl. 1700. Ex his ergo particularibus composita est Summa fl. 2500 Virginis Gutowska apud Synagogam Posnaniensem Quod Synagoga recepit Syngrapham manualem pro 100 fl. Sed in inscriptione 1694ti anni mansit Summa 8va fl. 700 Adeoq sciendum quod ab hac Summa fl. 700 non debet Collegium praetendere provisionem quasi a 2da Summa Virginis Gutowska.

documentum nro 51

[Margin: # Sed de his non constat quidquam an sint verificati nec ne]

[Margin, vertical: [illegible]]

1000 Flor: Pol: Hae Summa est donata a Magnifica Radziminska Locata apud Synagogam Posnaniensem 1700 2 Augusti In obligatione seu recognitione Synagogae Posnaniensis eodem tempore data, includuntur et Templi fl. 2000 Provisio 2bus ratis 1 Febru: et 1 Augusti. Documentum nro 56.

1000 Flor: Polon: Hac Summa de Maniecki fuit levata 1715 annô: et data Synagoga Posnaniensi 1715 22 Maji: Prout Obligatio Eiusdem Synagoga testatur. Census inscriptus Singulis hebdomadis fl 2 g 11 Documentum nro 17

250 Flor: Pol: Hanc Summam a Virgine Gorynska donatam Collegio debuit Judaeus privatus Pinkas Wulff; Sed post illius mortem obligavit se Synagoga ad provisionem per 10 pro eodem privato Judaeo anno 1705 10 Junii. Documentum nro 50.

100 Flor: Polon: Fuit Summa a Subdito Jezioecensi Collegio donata apud Synagogam Posnaniensi locata. Est inscriptio Eiusdem Synagoga 1697 cum Censu per 10 pro Festo S. Bartholomaei. Documentum nro 61.

Omnes istae Summae Florenorum Polonicalium Capitales Particulares faciunt unam Summam Universalem flor: Pol:	38790
Census ab hac Summa per 7 annuus fl	2715 / 9
Census ab hac Summa per 5 Annuus fl	1939 / 15

Summa quoque ex particularibus Collecta universalis Tynfonum 35100 Reducta ad florenos facit Summam alteram flor: Polonic:	44460
Census ab hac Summa per 7 annuus fl	3112 / 6
Census ab hac Summa per 5. Annuus fl	2223

Utraque Universalis Summa Capitalis tam ex Florenis Polonicis quam ex Tynfonibus reductis ad florenos facit fl	83250
Provisio annua per 7 ab illa facit florenos Polon:	5827 / 15
Provisio Annua per 5 ab eadem Summa facit fl	4162 / 15

Ab Istis ergo Summis Singulis hebdomadis Synagoga Posnaniensis, tempore Rdi P. Antecessoris mei Collegio dabat fl 110 g 20 Qui per 52 hebdomadas faciebant annuae Provisionis Summam fl Pol: 5764 g 20. Cum tamen deberet Synagoga dare in annum per 7 fl 5827 g 15, Dabat potius in Specie Singulis hebdomadis aureos 5 Tynfones 18 Sextarios 2. Et hanc in Specie pecuniam taxabat fl 110 g 20. Eodem modo et mihi per aliquot tempus reddebat; Sed postea Calamitate pressa nihil mihi dabat retinuitque provisionem aliquot millia facientem, quo coactus sum praevio Rdi Patris Provincialis annutu et Patrum Consultorum Consilio defalcationem per 5 a 100 facere Hac itaque facta defalcatione à Januario 1742 ad ultimam 10bris 1743 Obligavit se Synagoga quatuor Ratis ex praefata Summa, nempe ultima Martii ultima Junii, ultima 7bris, et ultima 10bris provisionem per 5 Solvere Et defacto Solvit 4 Ratas Anni 1742, 3. Ratas Anni 1743, Tantumque ab illa restat Solvenda Una Rata 10bris 1743. Porro Pro Rata qualibet venirent Solvendi flor: 1069 g. 16 S. 2. Ex quatuor Ratis prodit per 5 provisio Annua fl: Pol: 4278 g 6. S. 2 fl | 4278 / 6 / 2

Adverto Quod haec provisio aliquanto major est quam deberet dari à Summa praefata per 5. Computando Scil hoc in Conventione cum Synagoga Cautum, a qua Aureos flor: 18 acceptare promisi In cujus Compensationem Provisio Annua licet per 5 Constituta tamen fl 4278 g 6 S 2 Ex eo quod aurei fl: 18 computentur, qui juxta inscriptiones non deberent computari ita.

Summa Collegii Censuales apud Synagogam Posnaniensem à quibus, alio modo, et non Singulis hebdomadis Provisio Solvebatur.

1000 Floren: Polon: Summa haec a Perillustri M. D. Anna Butakowska Pocillatrice Posnaniensi Collegio donata, apud Synagogam Posnaniense locata, quae Censum modo per 5 juxta defalcationem ad ultimum 7bris 1743 non nisi Concessam, 4 Ratis Synagoga Solvebat. 1. fl 50 rata pro paschate. 2da pro festo S. Joannis Baptistae. 3tia circa Festum S. Michaelis; Et has 3 incidentes in Anno 1743 jam Synagoga Solvit. 4ta ultimis 10bris. Et hanc adhuc tenetur Solvere. Post tempus vero defalcationis, per 7 à 100 duabus ratis una pro Festo trium Regum, altera pro Festo S. Joannis Baptistae debet Solvi.

2000m Flor: Polonicalium Summa a Perill: M. D. Christina de Poninskiis Zegocka Capitanea Babimostensi, locata apud Synagogam Posnanensem 26 maii 1723. Modo ex defalcatione immediate Supra expressa per 5 Census 4 Ratis Solvitur. 3 Rata anni 1743 Soluta 4ta ultimis 10bris ejusdem Anni restat Solvenda. Provisio ad Solum Collegium Spectat Convertiturque in Tractationem Nostrorum pro Anniversario a Solis Nostris Patribus et Fratribus peragendo in Octobri, Indicuntur Suffragia pro praefata Benefactrice pridie Et nostri postea die altera absolvunt Sacrificia et Coronas Tractanturque in refectorio. Post Tempus defalcationis Census per 7 debet Solvi. Documentum nro 63 | 100

2000m Flor Polon: Haec Summa de novo accessit Collegio estque Conflata ex usuali pecunia Collegii Et in magna necessitate mutuo data Residentiae Lanicien si in Julio anni 1742 cum onere, brevi restituendi. Sed quia Residentia Laniciensis non habuit unde redderet, transfudit in Collegium Posnaniense 10 Februarii Anno D. 1743 Summam 2000m Flor: Polon: Ex Summa fl 5000m Residentia istius locata apud Synagogam Posnaniensem. Unde ex praefata Summa 5 millium apud Synagogam Posnaniensem locata non nisi tria millia Spectant ad Residentiam Laniciensem ad Collegium vero Posnaniense duo millia a quibus Census per 6 Annuus Solvi debet fl | 120

Documentum nro 65.

Summa Censuales Fabricae Collegii Actu Fructificantes

30000 m Flor: Pol: Summa Strzemesiana locata apud Synagogam Lesnoensem; quae juxta defalcationem R. P. Ladislai ... Provincialis Solvit per 5 a 100 ... in annum provisio Leopoli Documentu ... Quam Solet 4 Ratis reddere. 1. Rata circa festum S. Michaelis Anni 1743 ... Solvit enim jam inclusive ad Festum S. Joannis Baptistae 1743 2 Rata circa Epiphaniam 1744. 3. circa Festa Paschatis 4 circa Festum S. Joannis Baptistae in eodem Anno 1744. Documenta Leopoli — 1500

Applicata Convictui Leopoliensi.

10000 Flor: Polonic: Summa haec a Perillustri M. D. Anna Bulakowska Pocillatrice Posnaniensi donata est pro Fabrica Collegii Et Licet sit locata apud Synagogam Posnaniensem; est tamen ex mente Benefactricis Consumptibilis; ea enim intentione illam donavit, ut expendi possit in Fabricam novi Collegii. Interim quia difficulter Summa ipsa a Synagoga vindicari potest, Provisio ab illa accipitur ad ultimam usque 1743 per 5 juxta defalcationem supra expressam 4 Ratis — 500

Levata ex his 8 m.

Quarum Ratarum jam 3 Solvit Synagoga pro Anno 1743: Restat 4 Rata ejusdem Anni pendenda. Post tempus defalcationis per duabus ratis provisio debebitur; nempe pro festo trium Regum Et S. Joannis Baptistae. Documentum nro 64

2000 m Flor: Polonicalium Summa apud Illmum Mathiam Rzyminski Palatinidem Calisiensem. Insuper ... ille Sine ulla provisione, quia ex gratiosissima Sua Liberalitate pro Fabrica Collegii expenderat 10000 Flor: Pol: Exsolvit per partes ad tempus regiminis Rdi Pris Radomowski: ut ex ejus resignatione patet Flor: Polon: 8000: Nihil reddidit Illmus Flor: Pol: 2000 Ergo apud illum tantum restant Flor: Polon: 2000 Convertenda in Fabricam novam Collegii. Documentum est penes Patrem Rzyminski:

Reddita et ex integro persoluta

25000. Tynfonum Haec summa est ... per Collegium Posnaniense pro emendis Bonis Miechlin mutuo accepta a Provincia Idque in argentea Regni Moneta, cum duplici onere nempe pendendi Censum per 7 et restituendi Eandem Summam Simul pariter in argentea moneta ut est in memorialibus Collegii 4ta Aprilis 1680 memoriali Admo a R. R. Joanne Helmanni Canto. Ubi adverto Quod licet vocetur Summa Polonorum non vero Tynfonum in praefato memoriali; tamen cum in argentea moneta data sit dubium non est quod sit Summa Tynfonum et non Polonorum. Noto hic Admo Quod Charta data sit Provinciae quae Collegium Posnaniense obligatur ad Solvendam provisionem Noto 2do Quod haec Provisio ab Adm R. P. Nostro applicata sit Fabricae Novi Collegii, quae ego meo triennio non percepi, Quia

Reddita 25 m. Tynfonum

Bona haec Miechlin ita desolata inveni ut non tantum ex illis provisionem debitam pro Fabrica Collegii a Summa 25 millium accipere non potuerim Sed etiam in meliorationem eorundem ex pecunia Collegii expenderim circiter 1392 fl 18 fl 2. Et quia M. DD. Dobrzycii putantes nos possidere haec Bona modo obligatorio, ex eo quod Resignationem illorum non haberemus # Idcirco Coactus Sum a Legitimis Successoribus M. Hieronymi ... ... qui Nobis haec Bona vendiderat, et ante Resignationem mortuus est, Resignationem eorundem Bonorum curare, quam cum Divina Gratia 1740 obtinui, expensis 40 aureis Idest Flor: Pol: 720.

Iste aegre pro acceptione eorundem videbant jam obtentam ... debebat.

Ultra Summas Fabricae Collegii

Domus ad Fabricam Collegii Spectat prope Laterificinam, in illa sunt 4 Cubicula, quae Conducuntur, ex uno dantur fl 20, ex altero totidem, ex Tertio fl 16 et 4to 15 idque non nisi uno anno meo tempore dati Sunt ex isto 4to Cubiculo quod etiam modo vacat. Haec Domus indiget reparatione ut sit Commodior et appetibilior. Est quoque Cubiculum unum Contiguum ... Laterificinae quod Magister Laterificinae ... tis incolit, et necessarium est ut ibi semper aliquis resideat, propter avertenda furta, et injurias magnas, quae in tectis Solent fieri.

Proventus ergo omnes a praefatis Summis et Domunculo Spectantes ad Fabricam Collegii, non debent expendi in reparationem antiquorum aedificiorum Sed in novam duntaxat Collegii Fabricam, juxta memoriale R. P. Reincholdi ... Visitatoris Provinciae 24 Januarii 1714. De quo memoriali nimis Sero sciui, et antequam notitiam ... pecunia Fabricae Collegii ad multas reparationes antiquorum aedificiorum ponebamque pecuniam Fabricae in percepta et in expensa rationum Collegii Communium. Post notitiam ejusdem memorialis volens errorem emendare, et ut pateat quantum pecuniae Spectet ad novam Fabricam, iterum in libro Fabricae eosdem proventus repetii, quam tamquam contraxerim debitum, in percepta Collegii notavi, ex mutuo a Fabrica Collegii fl 8000: Et in expensa Fabricae notavi in mutuum Collegio fl 8000. Insuper quia perceptam per meum triennium fl 183 ex domo Spectante ad novam Fabricam Collegii posui in Rationibus Collegii Communibus; Ideo et hanc tenetur Collegium restituere. Totum ergo debitum, quod Collegium debet Fabricae novae Collegii est summa fl: 8183. Cujus restitutionem facio partim in pecunia, partim in rebus, quae possunt Solvere Fabricae Novi Collegii juxta Elenchum in Libro Fabricae Collegii; in quo Summa tam in pecunia jam restituta, quam in rebus quibus Collegium Fabricae expungit debitum facit fl: 7635. g. 19. Ad adaequatam expunctionem debiti desiderantur fl 547 g. 11. qui restitui poterunt fabricae ex Provisione a Civitate Posnaniensi debita Collegio pro Crastino S. Joannis Baptistae 1743

Summae Fabricae Collegii jam levatae Summa Zegocsiana 20000 apud Synagogam Posnaniensem olim locata jam levata. Summa altera vocata Strzemesiana 20000 quam R. P. Stanislaus Bierzynski in Sua Resignatione ponit 1703 apud eandem Synagogam locata, levata. Summa 3tia 2200 apud eandem Synagogam olim locata, levata, qualis non sit, patet in Rationibus Fabricae Collegii ante Augustum 1722. Summa 4ta 6000 ... locata jam est levata (et in Fabricam Collegii expensa) levata inquam ab Illmo Mathia Radomicki.

Levatae quoq. per Fabricam Collegii et in eandem expensae Summae Spectantes ad Fabricam Templi Imo Summa 4000 de Bonis Sol-nizewo translata ad Synagogam Posnaniensem Et a Synagoga Posna-niensi per Annos 1732 ab Octobri ad Aprilem 1733 levata in Fabricam Colle-gii expensa. 2do Summa Paniątkowiana pariter ex Bonis Paniąt-kowo levata et ad Synagogam Posnaniensem levata Spectabat ad Fabricam Templi, ex qua Pater Praefectus Fabricae Collegii P. Załadowski levavit 3528 et in fabricam Collegii expendit. Restam levavit P. Praefectus Templi.

Summae Fabricae Templi actu fructificantes

5000 Flot: Pol: Summam hanc inscripsit Gnsa Marianna Błażykowska in a-ctis Castrensibus Posnaniens. Feria 6ta post festum Circumcisionis Dni N. J. Christi Anno D. 1686. Eadem inscriptione qua sextum mille pro Sacri-stiis misse: In Bonis Nadarzyce, haereditatiis mariti Affectum Gnia Zdowski pupillorum. Tempus provisionis Crastinum S. Joannis Baptistae praefixum. Documentum sub. Francisca mp Imo

500 Flot: Pol: Summa haec a V. Barska donata apud Judaeos Leżnenses locata in Castro Posnaniensi Feria 6ta post Dnicam Exaudi Anno 1690 trans-fusa, Una cum aliis florenis 500 Collegio. Synagoga Lesnensis Complesta-tione 1715 31 maji obligavit se ad perpetuo Solvendum Censum: ut jam supra expressum, ubi de Summis Collegii apud Synagogam Lesnensem.

2000 Flot: Polon: a V. Radyminska donata apud Synagogam Posnaniensem Simul Cum 1000 fl. Collegio inscripta 1700 2da Augusti. Documentum Sub nro 56. Summa Fabricae Templi levata.

Fuerunt plures Summae ad Fabricam Templi Spectantes; ut ab Illma Marianna Sed jam sunt levatae. Turzynska Succameraria Gnoldadislavi-ensi ultra 45000 fl Pol: circiter apud Synagogam Posnaniensem locatae, Et ab Anno 1668 ad 1689 levata et in Fabricam Templi expensa. Item Summa 6000 fl Pol: a P. Nostro Kg Ciński donata, apud Synagogam Posnaniensem locata, Et ab an-no 1695 ad Junium 1696 levata, et in fabricam Templi expensa. Item 5000 fl in Bonis Sierkowo apud Ill. Miaskowski locata, Anno 1700 levata et in Fabricam Templi expensa. Item 1000 fl Pol: In Bonis Obierzierze apud Ill. Mathiam Tomicki locati, a Anno 1701 in 9bri levati. Item 7000 fl Pol apud Synago-gam Vronecensem 1726 locatos, a R. P. Stephano Szczaniecki pro Sacrario aedificando donata: Et haec levata est ac in Sacrarium Conversa. Item apud Eandem Synagogam 1800 fl Pol: locati, et per P. Praefectum Fabricae Collegii levati in fabricam Collegii expensi, ac demum Fabricae Templi restituti ut patet ex Rationibus Fabricae Collegii Universalibus ad 7bri 1739. et Rationibus Fabricae Templi ad 10brem 1738.

Summa ipsius Templi actu Fructificantes a quibus heb-domadatim Census persolvebatur. Apud Synagoga Posnaniensi Locatae

5000 Flot Illustri Anna Sokołowska Castellanide Bełgostiensi Anno 1685 donata. Haec Summa in bona moneta seu argentea 4000 In Currenti 1000 apud Synagogam Posnaniensem locata, feria 6ta in Vi-gilia Visitationis B. V. Mae 1694 inscripta Collegio a Synagoga terminus Solvendae provisionis Festum S. Margaretha designatus; documentum est Sub numero 10. In quo Summa haec vocatur Sum-ma 6ta

300 Flot: Pol: Inscripta eadem ut supra inscriptione, in qua vocatur haec Summa 5ta, Terminus Solvendae provisionis festum S. Bartholomei documentum Sub numero 10.

1600 Flot: Pol: Est antiqua Summa a Samuele Lipman recepta, Synagoga data 1692. Inscriptio manualis pro hac Summa data a Synagoga, Sed haec inscriptio ... invenitur inter documenta. nro 28

200 / 400 Fl: Pol: Anno Dni 1692 die 6ta Augusti a V. Zielinska dati Syna-goga Posnaniensi, et Templo inscripti, quibus additi # floreni 400 faciunt Cum Anno 1700 Janu 3 die praecedente, Summam fl. 600. Haec Summa locata est apud Synagogam Posnaniensem, data a Virg: Zielinska, Templo donata. Est documen-tum Sub numero 54. Terminus Solvendae provisionis 25 Augusti.

1000 Anno 1682 Feria 5ta post Festum S. Andreae, haec Summa testa-mento roborato in Castro Posnaniensi, donata Templo, pro pavimento Tem-pli, ut alio usu, a V. Marianna Zorzinska. In quo testamento innuitur donatos esse Collegio 500 fl apud Judaeos privatos. Terminus Solvendae provisionis Circa Festum S. Andreae Apostoli. Documentum est Testa-mentum praefatae Virginis.

1000. Flot: Pol: Est Summa a V. Sosinska pro tecto templi donata, inscripta per Sy-nagogam Posnaniensem Anno 1701 2. decembris, eadem inscriptione In qua Sunt etiam donati ab hac V. fl. 1000 Congregationi Bonae Mortis. Est Do-cumentum Sub numero 55

2000 Flot Pol: Haec Summa donata est a M. D. Radyminska, apud Synago-gam Posnaniensem locata 1700 2da Augusti, Una Cum 1000 fl Collegio inscriptis ab eadem. Terminus Solvendae provisionis duabus Ratis Ima Februarii, et Ima Augusti. Documentum est Sub numero 56

200 Flot Pol: a V. Orzechowska donati pro necessitatibus Templi et Sacristiae, dati vero sunt Imo Marco Judaeo Factori Collegii, post cujus mortem haec Summa ad Synagogam translata, deest documentum.

600 Fl: Pol: a V. Teresia Kiełska 1686 15 Octobris donata Summa pro ornamento altaris S. Ignatii, a Synagoga recognita inscriptione. Feria 5ta

Adverto quod Summa haec fuit post haec Scripta inveni in antiquo libro Continente elenchum Summarum Templi, fuerit fl 200 est levata a Synagoga, ac deinde Cum aliis Fl 400 florenis in unam Summam 600 flot. Composita, locataq apud Synagogam, quam Summam fl 600 puto esse illam, quae in inscriptione 1694 in Vigilia Visitationis B. V. M. vocatur Summa 12ma. Fl 200 fl ab Orzechowska non debent amplius numerari inter Summas Capitales Templi

in vigilia Visitationis B V M 1694 Ubi vocatur haec Summa 12ma Termi nus Solvendae provisionis circa 1mam Aprilis designatus Documentum est sub numero 10

300 — Flor: Pol: A V. Kierska donata, De qua Summa sciendum est, quod 600 fl: dati sint duobus Judaeis Pinkasowi Wulfowi I Mendelowi Haskielowi, post fa ta ergo primi Judaei Pinkasa Wulfa Obligavit se Synagoga ad Solvendam pro visionem a medietate illius Summae nempe a 300 flor: Anno 1705 Est Docu mentum sub numero 53

2000 — Flor: Pol: Est Summa de Bonis Raboszewo recepta et apud Synagogam Posnaniensem locata Anno 1722 De qua sciendum, quod non nisi 1800 recepti sint de Raboszewo, quomodo verò completi sunt, ut esset Summa 2000, Pater Praefectus Fabricae Collegii in Aprili 1727 dixit quod Fabrica Collegii addiderit 200 fl. Sed ex Resignatione R.P. Poninski et ex Inscriptione data a Synagoga probabiliter colligitur, quod Census duorum annorum post lo cationem cesserit pro redintegratione seu expletione hujus Summae. Est Do cumentum sub numero 12

500 — Fl: Pol: Haec Summa translata est in Synagogam Posnaniensem 1702 à Successoribus Marka Collegii Factoris Documentum est sub numero 24

3000 — Flor: Pol: # Pro qua Summa non extstat documentum 568. Invenitur etiam in Libro Templi novo in Resignatione Praefecturae Templi 1741 a R.P. Stephano Swinarski in quo libro Summae omnes à quibus Synagoga Posnaniensis hebdomadatim Sol vebat fl 20 g 15 Omnes inquam hae Summae faciunt Unam fl: Pol 15600 et Census annuus ab illis fl 1066. Ipsae autem Summae Templi quas hic recensui faciunt, si in unam colligantur, fl Pol: 17900 Igitur Superata haec 2300 fl: vel est Summa, quae apud illos haeret à qua non solvunt, et in hoc potest convinci Synagoga documentis, quae jam habemus pro Summa 3000 juxta elenchum R.P. Swinarski Item pro Summa 1600; Sed pro Summa 1000 fl a V. Gorzynska datorum praeter ejus testamentum, non est documentum. Vel haec Superatae Inde provenit, quod aliquae Summae separatim datae et inscriptae, postea secundò plures in unam com positae, iterum secundò inscriptae, adeoque bis numeratae, ut hoc adverti factum esse in Inscriptione illa, in qua 12 Summae sunt simul; Ibi enim inscri pta est Summa numero 8va a V. Gutkowska separatim, quae deinde in alia Inscriptione, secundò ponitur, quam Synagoga Posnaniensis inscri psit 2500 In documento sub numero 51.

[left margin, written sideways:] # Haec Summa data est partim in auro, partim in imperialibus solidis computandis computando eos fl 8 à R.P. ... Dna Butakowska Pocillatrice Posni Synagogae Pozn: 1722. 18 Julii.

Praeter has Summas habet Templum alias; à quibus Census non pendebatur hebdomadatim, sed per ratas; et apud Synagogam Posnaniensem locatas. Sequentes

3000 — Fl: Pol # a Perillustri Anna Butakowska Pocillatrice Posnaniensi donata, apud Synagogam Posnaniensem Anno 1722 18 Julii per manus R.P. Ryben locata, Constat de hoc ex Resignatione P. Joannis Radominski 1732 Praefecturae Templi. Documentum jam adest Sub nro 3tio

2000 — Fl: Polon: Ab eadem Benefactrice donata, de qua in Resignatione Praefecturae Templi R.P. Swinarski in Statu habituali § 1mo Ubi de Ota Summa Documentum deest.

Hae Ambae Summae pro necessitatibus Templi donatae sine obligatione.

Apud Synagogam Wronecensem Summae Templi

10000 — Fl: Pol: 1731 11 Januarii locata per R.P. Joannem Radominski, dona ta ab eadem Perillustri Benefactrice sine ulla obligatione.

Apud Synagogam Swarzedzensem

4000 — Fl: Pol: Ex dono Ejusdem praefatae Benefactricis, Census à 2000 ex mor te ejusdem Benefactricis convertendus in necessitates Templi, à 2000 verò in augmentum Sacrificiorum Bonae mortis.

Apud Synagogam Lesnensem.

2000 — Fl: Pol: Est Documentum pro hac Summa simul et pro aliis tam Colle gii quam Bursae.

In Bonis Christianorum Summae Templi

4000 — Fl: Pol: In Bonis Siekierki, à quibus in vim Census Siekierki provi dent panem, Collegium vinum pro Sacrificiis.

4000 — Fl: Pol: a M. Ursula Broniewska simul cum tribus millibus Collegio do nata, haeret nunc Summa haec in Bonis Koryec Illmi Szoldrski Ge neralis Majoris Poloniae, de qua litem moverunt Successores praefatae Benefactricis.

1100 — Fl: Pol: Olim in Lapidea Unglowska seu Rodzynska locati, post verò dum haec Lapidea mutata in Philosophiam, Summa 1100 fl Templi translata in Lapideam Pogorzelskich, à qua juxta Resignationem R.P. Bieczynski 1703 debent solvi Templo fl 77

[right margin:] Lapidea Unglowska

500 — Fl: In Bonis Rosiewo inscripta 1724 a M. Francisco Szczaniecki.

300 — Fl: Inscripta a Spectabili Dna Jastowska, in Lapidea dicta Jastowska.

500 — Fl: Pol: donati a praefata Perillustri Pocillatrice Posnaniensi, haeret haec Summa in Lapidea Koszuckich ex opposito Philosophiae.

Summae Templi cum Obligationibus

5000 — Fl: Pol: Locata apud Synagogam Posnaniensem 2da 9bris 1730, pro Anniversario celebrando 1 sobris Perillustrium Liberorum dictae Benefactricis scilicet Andreae et Victoriae. Ex hoc Censu P. Praefectus Templi debet Collegio dare fl 100 pro tractatione nostrorum, fl 20 pro vino ad missas. Reliquum Census jux ta mentem Benefactricis in Libro Templi expressam expendit. Documentum est nro 2do

6000 — Flor: Pol: Summa ab Illmo Joanne Tworzyanski Castellano Premetensi Con gregationi Cordis JESU inscripta, locata verò modo in Bonis Przetoczyna haereditariis Perillustris Andreae Zakrzewski, Pocillatoris et Succamerarii [?] Po snaniensis, Obligatio in Libro Templi sufficienter descripta.

3000 — Fl: Pol: a Perillustri Helena Rogalinska Notarissa Terrestri Posnaniensi Congregationi Cordis JESU data in manus R.P. Stephani Swinarski, qui illam cum annutu Superiorum mutuam a Congregatione Cordis JESU accepit, in necessitates Templi expendit, reliquitque fontem ut in Libro Templi: ex quo haec Summa potest restitui.

1000 Fl: Pol: a Perillustri Benefactrice Anna Butakowska Pocillatrice Posnaniensi donati Congregationi Cordis JESU in manus R.P. Stephani Swinarski, ita cum annutu Superiorum in necessitates Templi expensi, Sicut & 3000; Unde Templum debebit Congregationi Cordis JESU refundere 4000

1500 Fl: Pol: ab Illmo Adamo Przyminski Castellano Rogozynensi donata, apud Synagogam Swarzedzensem locata, Census expenditur ab hac Summa in necessitates Templi & in Obligationes juxta mentem Benefactoris in Libro Templi expressam

400 Fl: Pol: a V. Radolinska moniali Benedictina donata, locata apud Judaeum privatum Enoch Aurifabrum 1729 29 Julii Census in Suffragium pro Anima Benefactricis expendendus.

1000 Fl: Pol: a M. Marianna Blaszkowska donati in Pago Nadarzyce locati, una cum aliis 5000 pro Fabrica Templi supra expressis, Census ab hoc mille in Suffragia & necessitates Templi expendendus.

3000 Flor: Pol: ab Illmo Francisco de Bnin Radzewski Succamerario Posnaniensi in Bonis Pamiątkowo Suis haereditariis inscripta, Feria 4ta post Dnicam oculi Quadragesimalem Anno Dni 1742 In Castro Posnaniensi Census per 7 ex mente Benefactoris ita expendendus Fit Anniversarium semel in anno pro animabus Purgatorii PP. Sacrificia et Coronas peragunt Canitur unum Sacrum Collegio pro tractatione nostrorum fl 90 Bursae pro Sacro Cantato fl 6 Aliis Sacerdotibus externis Celebrantibus eo die fl 30 Templo 36 Praeterea Singulis mensibus 4 Sacra Requiem ad Aram S: Xaverii pro quibus fl 48 propter extraneos Sacerdotes designati

In Lapideis privatorum Judaeorum.

600 Fl: Pol Jn Lapidea Abracha Szaia

600 Fl: Pol Jn Lapidea Geszowske

600 Fl. Pol: Jn Lapidea Sieskow Faybisiarz

300 Flor: Pol: Jn Lapidea Gerslichowska

436. g 20 Jn Domo Moyska Faybisa Aurifabri

1500 Notandum quod post scriptam designationem invenerim documentum Authenticum pro Summa Templi 1500 fl a Benefactrice Perillustri Butakowska Templo donata per partes 1mo anno 1727 Toma Martii 1300 fl 15 8bris 1727 fl 200 Hi per Patrem Langner Illi per P. Ryben Documentum n.ro 67

Summae Congregationis Bonae Mortis

Apud Synagogam Posnaniensem Locatae

1000 Fl: Pol: a V. Sosinska donati, apud Synagogam locati & ab eadem recogniti, 1701 2da 10bris Est documentum Authenticum Sub numero 55

3000 & Tynfo: 200 Fl: Pol: apud Eandem Synagogam & 200 Tynfones locati per partes 1mo Anno 1690 22da 8bris 2200 fl. Pol: 2do fl 200 1699 6ta Julii. 3tio fl 600 1700 3tia Februarii, 4to Tynfones 200 1707 2da Augusti Est Documentum Authenticum Sub numero 29

Ubi adverto quod Synagoga Injuriam Congregationi Bonae Mortis faciebat, quia non nisi a 4000 fl Pol Solvebat Et adhuc debuit a Tynfo 200 Solvere, quod non faciebat.

Summae Censuales Bursae Musicorum

1500 Fl: Jn Bonis Kolata Spectantibus ad Murowana Goslina: habet documenta R. Praefectus Bursae.

1000 Fl Pol: Jn Bonis Ludomy, quorum Illmus Lipski Castrorum Regni Metator haeres. Sunt apud Eundem R. Praefectum documenta.

1000 Fl. Pol: Jn Bonis Chlapowo & Dominowo locati, Sunt penes Eundem documenta. Summa omnino vindicanda jure, quia multis annis Census non solvitur Jam data citatio ad judicia Castrensia Possessoribus.

2500 Fl Pol: Jn Bonis Kobecynik anno 1627 Feria 4ta post Festum S: Petri in Vinculis actis Castrensibus Posnan: inscripti, Summa omnino vindicanda, quia ab illa Census non solvitur ab Immemorabili.

3000 Fl: Pol: à Perillustri Miaskowska Subjudicissa Posnaniensi donata, apud Synagogam Posnaniensem locata.

1000 Fl Pol: apud Eandem Synagogam Posnaniensem locati, qui licet fructificent, Sunt tamen Summa Consumptibilis.

1500 Fl: Pol: Apud Synagogam Lesnensem locata Summa, 4 Ratis Census solvitur, pro qualibet Rata fl 26 g 7 & medius grossus a R.P. Rectore, qui simul omnes Census a Synagoga Lesnensi solet recipere.

3000 Fl: Pol: Jn Bonis Collegii Dębowa locata, Jn vim Census Singulis hebdomadis Jeziorecensis & Siekierecensis Procuratores alternatim dant fl: 7, Singulis mensibus Cerevisiae dolia 4, Mettetam 1 Siliginis, Piscium wertel 1, Pulmenti similiter, Butyri vas, Caseos 30, Fumidum 1.

Fuerunt & aliae Summae + Bursae Musicorum. apud Judaeos Posnanienses locatae, 1mo 300 fl: 2do Itidem 300 fl 3tio fl 1500, Sed hae omnes levatae, in reparationem Bursae, & exsolutionem debitorum expensae.

Summae Bursae Vindicandae [: Si erit possibile :] A M. D. Andrea Kotaczkowski mutuo accepti fl 300 Jn Lapidea Jastowiana in magna Platea Posnaniensi fl 300 Quos Dna Jastowska Civissa Posnaniensis in hac Lapidea inscripsit Actis Consistorii Posnaniensis 1650 die Lunae 23 8bris. A Monialibus S: Benedicti fl 150. A Successoribus M. D. Złotnicki fl 500.

Fundi Bursae Musicorum

Fundos duos habet Bursa Unum in Winiary fl 700 olim emptum, una cum domo duarum Contignationum, ex qua et fundo percipiebat fl 60, Nunc quia domus illa corruit, nisi fl 20 dantur ab homine qui proprio sumptu ibidem domum aedificavit.

2dum Fundum in Suburbio Na potrosiu extra portam Vratislaviensem fl 2400 emptum Una cum domibus tribus Waconowskie dictis, ex quibus & fundo percipiebat fl 700 in annum, Modo tantum percipit fl 40 Ex una domo quae restat, duae Enim jam corruerunt. Ex hoc Bursae fundo accipitur argilla ad Fabricam Collegii; pro qua Compensationem praetendat Bursa ego illi [: ut puto :] Sufficienter Compensavi. Quanquam & aliunde habet

Bursa a Collegio 1mo Quia a Summa 3000 in Dębowa locatorum justo major provisio datur, quam dari deberet 2do Quia Lapideam Rybska dictam Conces[s]it Collegium pro Residentia Musicorum 3tio Quia Census ex hac Lapidea ubi Musici habitant, Collegium Solvit, ut infra patebit 4to Quia Collegium aliquot Bursistas alit Sua portione: Pro Securitateq[ue] describtistatum Concessa in Collegio Residentia, Sed tantum ad aliquot tempus, videtur enim expedire propter varias rationes, ut in Collegio non maneant, Sed alius illis locus Securus provideatur

Onera & Obligationes Collegii

Ex Lapidea Rybskich dicta hac parte, in qua musici manent nostri, à Summa ƒ 100 ad Capellam MM. Successorum Skarawskich quæ olim Piotrowskich dicta fuit per 7 Census inscriptus debet solvi à Collegio & solutus est pro anno 1743 ad hanc Capellam in Ecclesia D. Magdalenæ. circa festum S. Laurentii | 7

Ex eadem Lapidea a Summa 200 ƒ Collegio Canonicorum D. Mariæ Magdalenæ per 6 a Centum circa festum S. Bartholomæi debet solvi Census ƒ — Ego Solvi pro Anno 1743 ad S. Bartholomæum. tantum per medium ƒ 6 Ratione Calamitatis | 12

Ex eadem Lapidea a Summa 20 marcarum circa Festum S. Jacobi debent ƒ ad Fraternitatem Altaristarum D. Magdalenæ Item ex eadem Lapidea ad eandem Fraternitatem Altaristarum in Eccle[si]a D. Magdalenæ a 24 marcis ƒ — circa Festum S. Mathæi. Ab utraq[ue] Summa Solvi suo tempore pro anno 1743. | 2 ƒ 12 / 3 ƒ 6

Ex 2da parte ejusdem Lapideæ Rybskich dicta ubi modo residet Pictor, à Summa Aureorum hungaricalium 120 p: Singulos aureos Decretum Condescensoriale reduxit ad 6 ƒlor: adeoq[ue] Summa horum Aureorum facit ƒ 720: per totum deberent Solvi ƒ 43 Sed ego Solvebam per medium Scilicet ƒ Solviq[ue] ad Festa Pentecostes 1742 Census hic debetur Prælaturæ Cantoriatus in Collegiata D. Magdalenæ. | 21 ƒ 15

Ex eadem Lapidea Rybskich juxta Decretum Condescensoriale Solvendus est Census ƒ per 6 a Cento a Summa 200 ƒ Spectante ad hospitale S. Crucis circa Dominicam Lætare, Qui Census ~~qui~~ ab immemorabili fuit retentus, ideo per Combinationem Solvi aureos 4. & Collegium quietatum est ad Dnicam Lætare in Anno 1743 Quietatio inscripta libro in folio | 12

Ex Lapidea Plesniewiczowska dicta modo, olim Pietroszewska Canonicis Ecclæ Collegiatæ ad S. Nicolaum extra Summum circa festum S. Joannis Baptistæ à Summa 200 ƒ: per 5, Census Solvendus ƒ Solutusq[ue] est à me pro Anno 1743 in tempore | 10

De eadem Lapidea Plesniewiczowska ad altare S. Crucis ~~Sub tecto~~ +penes Capellam Rozmanowska In Ecclesia D. Magdalenæ a Summa 12 marcarum Solvitur Census idest una marca circa 24 augusti. Solutus à me eadem die pro anno 1743 | 1 ƒ 18

De eadem Lapidea Plesniewiczowska ad Capellam sub tecto in Ecclesia D. Magdalenæ a Summa ƒ 300 per 5, a Cento Solvi debent ƒ Pro Paschate. Solutus Census ~~ad~~ anno 1740 inclusive: data quietatio 6 Julii 1740. Per meos tres annos nihil dedi; quia non habui requisitionem. | 15

De eadem Lapidea Plesniewiczowska à Summa 100 ƒ ad hospitale S. Lazari per 6 a Cento Solvi debet Census: Solutusq[ue] à me pro annis 3bus inclusive ad Annum 1741 finitum circa festum S. Michaelis | 6

De eadem Lapidea Plesniewiczowska à Summa 100 ƒ concernente Collegium Canonicorum Collegiatæ D. Magdalenæ pro Festo S. Martini per 6 a Cento Census inscriptus, à me Solutus ad Festum S. Martini 1743. | 6

De eadem Lapidea a Summa 30 marcarum debita altaristis participantium Collegiatæ D. Magdalenæ pro Festo Purificationis B. M. V. Census Solvendus duæ marcæ, Seu ƒ: 3 g 6. Solutus à me pro tribus annis 30 April: 1743. Circa hanc Summam erat dubium utrum 24 marcarum an 30 Sit inscripta; dubitabatur & de fundamento istius Summæ, Sed jam non potest dubitari, quia ostensa mihi inscriptio ex Actis advocatialibus 1555 Feria 6ta Ante Dnicam Cantate. | 3 ƒ 6

De eadem Lapidea a Summa 500 ƒ: ad hospitale S. Spiritus spectante Census per 6 pro die Cinerum inscriptus, Solutus à me ad 2stiam Martii 1742. | 30

Adverto quod in Contractu Emptionis Summa 30 marcarum non est expressa, Sed non nisi in alia Inscriptione in Actis Advocatialibus 1555 feria 6ta ante Dnicam Cantate. Adverto 2do quod in eodem Contractu Emptionis prædictæ Lapideæ, Summa Spectans ad Ecclesiam S. Nicolai non nisi est 100 ƒ. In omnibus tamen quietationibus Solvitur Census a 200 ƒ; Quare debet requiri fundamentum pro 200 flor: Adverto 3tio quod in præfato Contractu emptionis positæ sint in hac Lapidea duæ Summæ, à quibus neq[ue] ego, neq[ue] ante me provisio Solvebatur, Nempe Una Spectans ad Confraternitatem Corporis Xsti in Collegiata D. Magdalenæ ƒ 100. Altera marcarum 24 Spectans ad Ecclesiam S. Nicolai. Adverto 4to Quod de eadem Lapidea Solvebatur a Summa 12 Marcarum, quasi Spectante ad altare SSmæ Trinitatis in Collegiata D. Magdalenæ, Census unius marcæ usq[ue] ad Annum 1739, Sed hujus Summæ nulla mentio in Contractu præfato Emptionis, per consequens qui hunc Censum requiret, debebit docere de fundamento.

De Lapidea Pogorzelskich a Summa 1100 translata de Lapidea Ungrowska seu Srodyjska in Lapideam Pogorzelska Census Templo nostro debent Solvi floreni 77. | 77

Ex Fundis tam intra quam extra muros Civitatis singulis annis juxta Compositionem 1743tii 20va maii Cum Civitate Conclusam, Censum fundi seu terragii. Collegium debet Solvere, pro Festo S. Martini flor: 120. | 120

Adverto quod in his 120 fl: includantur fl: 6 a Lapidea Residentiæ Valcensis, quæ hos fl 6 debet ex parte sua Contribuere adeoq; Collegium non nisi fl 114 Singulis Annis Civitati dabit et Residentiæ fl 6.

Adverto 2do quod Lapidea Plesniewiczowska dicta per Contractum cum Civitate sit libera a similibus ~~et~~ Solutionibus. Hortus verò major qui servit recreationi Nostrorum a similibus oneribus est liber per Constitutionem Regni, quod acceptatum in præfata Combinatione a Civitate Similiter et Lapidea hæc, in qua Musici nostri resident per Compositionem præfatam exempta. Et fundus iste inter Lapideam hanc, ubi Musici manent et Lapidem pogorzelskich positus. Sub hac tamen Conditione, ut Collegium ex hoc spatio deportet extra Civitatem rudera et fimum

Onera et Obligationes Pagorum ratione Censuum

De Bonis Jeziorki fl 150 ad hospitale Stawense a summa 5000 prædicto hospitali per M. D. Kamienski data, per Collegium verò in emptionem Jeziorek Conversa, medietas Census a præfata summa ex mente Benefactoris nobis in perpetuum cessit ea Conditione, ut Curam istius hospitalis habeamus. medietas hospitali debet Solvi Scilicet fl | 150

Item in vim Decimæ Parocho Stupensi De Jeziorki, Piekary, Bielawy fl 13 — | 13

Deiisdem Bonis Jeziorki, in quorum emptionem etiam fl 200 huic hospitali donati a M. Charzewski, Conversi sunt debet in annum solvi Census fl — | 14

Quomodo hic Census distribuendus sit a nobis, Videatur instrumentum Erectionis, quod est in Pargameno cum majore sigillo appenso.

Adverto quod hospitale istud in villa Stawno eo tempore a M. Kamienski fundatum sit, quando hæc villa fuit nostra: Et ideo Præfatus Dnus Commisit fideli nostræ illud curæ, emitq; a nobis duos ibidem mansos, et locum pro domo propter pauperes cum horto, pratis ad duos illos mansos spectantibus, fl 200 Anno 1592. Quando pecunia magnum erat pretium, rerum verò longè minus. obligavit autem ad Curam istius hospitalis, etiam suis beneficiis, cedendo a 5000 medietatem provisionis Nobis. Successu temporis propter distantiam majorem nempe 9 Milliaribus a Collegio istius Villæ, Collegium eam vendidit, post venditionem difficillima Nobis fuit Cura hospitalis, ex multis rationibus, et maximè quod ad Colendos illos duos mansos, subditum suum dare Collegium debuerit, ut aliquid fructificarent, Et quia alieni pauperes propter gravamina ab hærede Nobili, eos agente ad laborem, manere in hospitali nolebant, etiam subditos suos Collegium ibidem Collocare debuit, pauperes et senes, ut intentioni fundatoris satisficeret; Cura hæc istius hospitalis nostra per P. Procuratorem Jeziorecensem duravit usq; ad Conflagrationem ejusdem: post Conflagrationem major difficultas orta Quia non tantum providere Pauperes et Patrem familias pro Colendis duobus mansis, sed etiam ædificia propter ipsum ac Pauperes, de novo erigere Procurator Jeziorecensis deberet, in tanta 9 milliarium distantia

Quare R. P. Joannes Witkowski cum hærede Villæ Stawno, Perillustri Dño Lubinski Subjudice terrestri Calisiensi, Annô 1729 Contractum fecit Venditionis omnium fundorum, ad hoc hospitale pertinentium pro summa 1000 fl. |: habetur hic Contractus utriusq; manu subscriptus :| ea intentione, ut in Nostra aliqua villa, v.g. Siekierki vel Stupia, hospitale erigeret, Cujus ædificium et Cura Pauperum, Collegio facilior esset, attendendo maximè ad principalem Fundatoris M. Kamienski intentionem, qui voluit hospitale in nostra esse villa, quorum maximè Conscientiæ fidebat. Ad istius Contractus efficaciam desiderabatur Consensus Primatis |: Stawno enim est in Archidiœcesi Gnesnensi :| pro quo impetrando aliquoties Gnesnam excurrebam, Celsissimo Primati supplicabam, promittebat ille semper, sed semper etiam in aliud tempus differebat, Tandem egi cum Rdssmo Officiali Gnesnensi, qui ultimato respondit, fieri hoc non posse, quia Parochus Stawnensis non Consentit in translationem istius hospitalis, ex ea ratione, quod ipsius Ecclesia privaretur obsequiis, fieri solitis Ecclesiæ a Pauperibus. Ad obtinendum Parochi Consensum ex ista Fundatione aliquod emolumentum propter Ecclesiam esset offerendum. Adverto 2do Quod ad idem hospitale, inscripta sit summa fl 150 in Bonis Głębokie, proximis villæ Stawno, et hujus summæ, a qua Census fl 9 debentur hospitali Cura nobis incumbit, esseq; vindicanda, vel Parocho pro obtinendo Consensu cedenda.

De villa Krzeszkowice Canonico Posnaniensi fundi Kazimierz Marcæ 4 seu fl 6 gr 12 | 6/12

a marcis 100 Solutus Census ~~ad~~ 25 Februarii 1741 à me pro annis 9 Computandis ad Festum S. Joannis Baptistæ in Anno 1740, Pro sequentibus annis nihil dedi, quia nulla fuit requisitio. Restituit tamen mihi P. Procurator Jeziorecensis ad quem spectat hæc obligatio.

De Bonis Siekierki a summa 4000 Farina triticea Templo nostro debet provideri, et Collegio verò Vinum.

De Magdalowice a summa 200 fl Præposito Ecclesiæ Collegiatæ ad S. Nicolaum extra Summum, pro Festo S. Magdalenæ fl 14 Inscriptus Census, Solutus pro anno 1743 | 14

Item a summa 200 fl Vicariis Ecclesiæ Cathedralis Posnaniensis, pro festo S. Joannis Baptistæ inscriptus per 7 Census Solutus. Festo S. Jacobi Apostoli 1742 pro eodem Anno. | 14

Item a summa 200 fl Altaristæ Sacelli Gostiniani in Cathedrali Ecclesia pro Festo S. Mariæ Magdalenæ per 7 inscriptus Census Solutus ad Festum S. Jacobi 1740 | 14

De Gowarzewo Ad Ecclesiam Czerleinensem a summa marcarum 53 Marcæ dabantur 4 seu fl 6 g 12. Sed non deberent dari nisi fl 5 g 24. | 5/24

Obligatio est Procuratoris Siekierecensis. Item in vim Decimæ Parocho Tulcensi fl 30 | 30

De Sienowice a summa 100 fl inscripta Ecclesiæ Kutnicensi per 8 à Centum, Census 20 Annis non Solutus, pro quibus facta Combinatione Anno 1741 dedi fl 54. Deinde per 7 non nisi Solvi ad Crastinum S. Joannis 1743. | 7

Adverto hic quod hæc summa fuerit 1mo in Bonis Wetna, deinde est translata in Bona Sienowice, putabatur autem pertinere ad Ecclesiam Tulcensem, sed ex originali primitiva Inscriptione |: quæ

ine Convicti P. Praepositus Kutnicensis: patet quod ad Ecclesiam Kutnicensem Spectet.

De Bonis Miechlin a Summa Komissariana Tynf: 25000 in Emptionem Bonorum Miechlin Conversa, pro festo S. Joannis Baptistae ad Fabricam Collegii Tynf: 1750 | 1750

Item a Summa 2000 f: Pol: per Gnos: Iosimitum Zapolski & Elisabetham de domo Dobrzyckich Maniecka Bonorum Miechlin Haeredes inscripta pro Concionatore ad Ecclesiam Rzemensem pro festo S. Michaelis Solvi debet Census a procuratore Miechlinensi ƒ | 70

pro Anno 1740 1741 & 1742 ego Solvi pro procuratore. Item in vim Decimae Parochi Rzemensis ƒ 30 | 30

Notandum hic bene quod in Bonis Miechlin fuerit inscripta actis Castren sibus Posnaniensibus feria 2da in Crastino Assumptionis 1606 Summa 2000 Religioso Lucae Praeposito Ksyzewiensi ex Censu Certo Spirituali, quem Annu nunc Censu requirebat a me per suum delegatum Religiosus Praepositus Ksyzewiensis, sed quia incompetentem, nihil illi dedi, inveni enim posteriorem actum, quod in Castro Posnaniensi Feria Secunda post festum S. Magdalenae 1633 haec Summa 2000 de Miechlino translata est in Bona Komorowo cet potest ex Libro Veteri de Bonis Miechlin Scripto in folio in pargameno Corrupto Compacto

De Villa Dobrowa a Summa 3000 in emptionem praedicti Pagi Conversa ad Bursam musicorum Spectante, in vim Census annui dati provisio ad eandem Bursam attenditur a Procuratore Refectecensi et Jezioricensi ut supra ubi de Summis Bursae Musicorum

De Villa Luciny a Summa 200 ƒ pro rosario ad Ecclesiam Parochialem Rzemensem inscripta Census Solvebatur ƒ 16 Majori quam debeat Solvi, Unde Sufficeret si per 7 Solvatur deinde ƒ 14 | 14

Adverto circa omnes has provisiones, quod eo tempore quo juxta praejudicata non nisi solvitur Census per medium, etiam nos possemus simili modo Solvere

De Bonis Piotrowo Ad Sacellum Posnaniamum Modo erectum Singulis annis debent dari ƒ 120. Item debet providere apparatus Capellae & Sarta tecta Ociari, pecunia ƒ 120 reddita pro Annis Antecedentibus & pro Anno 1743 | 120

Item de Bonis Piotrowo Salaria Familiae Collegii debent Solvi. Est insti matio in alio Libro quid Unicuique debeatur famulorum

Debita Activa Collegii

Contraxeram a M. V. Leszczynska debitum ƒ 5000 sed nulla obligatione praestiti ptione, tantum ad fideles manus accepi cum ejus Consensu utendi in bonum Collegii Hanc Summam ante finem Regiminis adaequate restitui

Contraxeram etiam debitum a Fabrica Collegii ƒ 8000 & hanc restitui partim in pecunia, partim in rebus talibus, quae possunt servire Fabricae Collegii, Ut in resignatione Fabricae Collegii expressi. Quod si hae judicabuntur non sufficere ad plenam Satisfactionem poterit Compleri restitutio vel per Summam 2000 ex usuali pecunia in Villam Swiętniki Magnificae Dnae Brudzewska datam vel per 2000 pareter ex usuali pecunia mutuo data in necessitate Residentiae Lanciciensi per illamque translata apud Synagogam Posnaniensem vel eo modo quem in resignatione Fabricae Collegii intinuavi

Census aliqui ex Lapideis & villis sed minutiores restant Solvendi paenitet & quibusdam Collegii famulis in fine Anni obsequiorum

Magister Laterifinae duas fornaces excoxit hoc anno laterum, accepitque totum quod ei juxta Contractum debebatur. Praeterea accepit ad rationem ƒ 80 g 5. s. 1 a me pro 3tia fornace; quam ubi perfecerit, resta illi debebitur juxta Contractum.

Contributionem Provinciae Solvi ad Augustum 1743 inclusive

Debita Passiva

Debuit Templi Fabrica Collegio Anno 1737 ƒ 9090 g 8 Ut est In Resignatione R. P. Nicolai Nalamowski, & R. P. Joannis Witkowski. Circa hoc debitum Cum P. Praefecto Fabricae Templi institui Calculationem, a qua ad expunctionem hujus debiti Accepi sequentia, quorum in ante non dum facta est Calculatio. Imo Post Calculationem in Januario 1731 debitorum a Collegio per P. Joannem Radominski Praefectum Templi factam, Resta fuit quam Collegium Templo debuit 1538 ƒ g. 6. Ad rationem hujus dati sunt Templo a Collegio Floreni 304 g 6. Ergo manserunt pro expunctione | 1234

Praeterea Idem asserit in Sua designatione Praefecturae Templi non fuisse datos pro Candelis in festo Purificationis Templo ƒ 192 — Pro annis duobus, Ergo & hi numerandi ad expunctionem debiti. Idem loco citato asserit Ratas 3 Provisionis Lesnensis Spectantis ad Fabricam Templi nempe: Junii, Septembris, & Decembris 1731 ac 4tam Paschatis 1732 a Collegio non esse redditas Templo; facit flor: 32. g. 2. s. 2. Ita Computando ut ante hic Census reddebatur. Nempe in Singulas ratas ƒ 8. s. 2 Ergo & hi expungendi | 192 | 32 | 2

2do Collegium accipiendo a Synagoga Lesnensi per 7 ab omnibus Summis debuerat dare Fabricae Templi a Summa Capitali ƒ 500, ƒ 35 in annum, per 4 Ratas, Ergo pro singulis ratis veniebant dandi Fabricae Templi ƒ 8 g 22 et medius, non dabat vero pro singulis ratis nisi ƒ 8. s. 2. Ergo in annum Fabricae Templi detraxit ƒ 1 g 29 & Sol: 1. Quia vero id fecit ab anno 1690 quo facta est inscriptio hujus Summae, per annos 52 detraxit Fabricae Templi ƒ 99 g 11 sol. Ergo & hi veniunt in expunctionem debiti | 99 | 11

3tio R. P. Stephanus Swinarski reliquit in Sua Connotatione, dum designaret officium Praefecturae Templi; quod Collegium Candelas propter Nostros in Festo Purificationis Pro annis 6 nempe ab anno 1732, ad annum 1737 inclusive, non Solvent Templo; facit hoc debitum ƒ 576 qui etiam ad expunctionem Computandi | 576

4to Ego quoque propter aedificia Collegii nempe propter Lapideas, Granarium, Turrim, Capellam, Germanicam, & Pinnaculum, accepi tegularum 14000 quodlibet mille ƒ 60 aestimatum, pro quibus ad expunctionem debiti debent numerari ƒ 840 | 840

Summa eorum, per quae Fabrica Templi expungit debitum Collegio facit | 2973 | 14

Restat a Fabrica Templi Collegio debitum | 6116 | 24

Lites Collegii sunt plures, de quibus, ne in immensum excrescat Resignatio, Separatam Scribo Informationem.

Quae accesserunt Collegio tam intra quam extra, intelligi possunt ex illis, quae circa meliorationem notavi. Ultra tamen haec In Communi Theologorum accessit nova, Theologorum Angelo, D. Aloysio Consecrata, decem sphaera Theologorum Primi anni, Ara deaurata, (Cui Ill. Mag. Radzelewski Succamerarius Posnan. Vestem argenteam Superaddidit,) & tabularum marginatarum incisarum, propter imagines Doctorum Sodalitatis, Audea adornatio.

Templo accesserunt

1mo Saeculis desideratum ac aestimandum tectum novum ex Lamina aerea

2do Marmorisatio Columnarum duarum ultra illas, quae jam antecedentibus annis marmorisata sunt.

3tio. Apparatus Sacer in Casulis 42, Cappis 3, Dalmaticarum 4 paribus non tantum aurô et argentô affabrè distinctis, sed etiam eximia arte elaboratis, Haec tria insignia beneficia, uti et duas in ante aras S. Ignatii, et S. Stanislai Kostka, ac omnes Columnas marmorisatas, habet Templum, ab ingeniosissimo, in promovendo decore Domus DEI Zelo R. P. Ladislai Zoltowski, nuper Provinciae, postea Domus Professae, hodie Rectoris Campo Mariani. Qui ut templo huic, cujus fundamenta a magna liberalitate V. P. Gasparis Druzbicki Provincialis Cepta sunt, extraordinarii Coronam decoris imponeret, dedit munificentissimè ex multis eleemosynis Collectam summam, per partes variis temporibus ff 109000. Vir aris dignus, qui tam profusa liberalitate templa ornat.

4to Casulae 6 ab Illma Radzewska Succamerana Posnaniensi. Casulae 7 ab Illma Kozminska Palatina Calisiensi. Casulae 6. a Perillustri Gorzenska Venatrice Vschovensi. Casulae 11 Ex antiquis de novo factae, industriâ P. Praefecti Templi. Casulae 10 Ex antiquis antependiis de novo factae ejusdem ingeniô et arte. Lampas argentea, Marcarum 33 de novo ex minoribus non usualibus. Fibulae ad Cappas argenteae 2. Votivae 9 de argento. Scapulare argenteum S. Rosarii. Argentum ad unum missale novum. Crux major ad quam corpus de novo ex integro argenteum deauratum. Deauratae effigies evangelistarum 4, et Effigies S. Stanislai Episcopi. Ad pixides 2 nomen JESU argenteum novum. Ultra haec supellex linea, libri seu missalia nova, Ligneae res, atque varia alia accesserunt, juxta Elenchum Templi 29 Augusti 1743 a R. P. Provinciali subscriptum.

5to Accesserunt altaria ex muro solido, arte optima, per tempus mei regiminis Octo erecta, Et ex his tria marmorizata, nempe D. Rosaliae liberalitate Magnificae Dnae Marszewska, S. Stanislai Xaveri Munificentiâ Illmi Francisci de Bnin Radzewski, Succamerarii Posnaniensis, et S. Josephi ex beneficentia Perillustris M. D. Marianna de Jakrzewski kierska Castellanidis Rogozinensis.

6to Theca reliquiaria de aurichalco deaurato, Cum reliquiis S. Stanislai Episcopi Martyris, donô data a S. Memoriae Rndo P. Martino Dziewanowski, Viro per Suchtiarum Cathedras, Regimina Collegiorum et Provinciae, meritissimo.

7mo Confessionalia duo non tantum ad Confessariorum, et paenitentium commodum, sed etiam ad decorem Ecclesiae affabrè facta

152

In Congregationibus accesserunt

In Congregatione minima ex Contributione Sodalium, Scipiones duo argentei.
In Congregatione media Pictura totius Congregationis Cum Symbolis, et deauratio totius Arae, similiter ex Contributione Sodalium.
In Congregatione Maxima Sellae elegantiores deauratae 5, et pictura totius Congregationis Cum Symbolis, non tantum ex Contributione praesentium Sodalium, sed etiam ex liberalitate antiquiorum perfecta.

Mathias Przanowski S.J. mp

Resignatio Officii V. Rectoris à P. Georgio Ryssner S.J. designato post fata R.P. Josephi Kobielski p.m. Rectoris Collegii ad Tempus V. Rectore, in manus R.P. Adalberti Bystrzonowski Rectoris Collegii Posnaniensis S.J. Renuntiati Anno Dni 1745. Die 25. Novembris.

1. Quoniam p.m. defunctus Praeses Collegii, R.P. Josephus Kobielski, Elenchum Pecuniae ipsâ die mortis Suae, propriâ Suâ Subscripsit manu, quam reliquit Collegio, atque tam Pecuniam Archivi Collegii, quam Fabricae ejusdem, Simul cum Restante Summa ejusdem Collegii atque Fabricae in unam conglobatam numeravit Summam, ideoque easdem Summas utrasque ad numerum unum etiam hic reduco, quam pro placito R.P. Rectori Collegii, licebit plenarie, unam ab altera distinguere, unà cum Provisionibus à Summis perceptis Fabricae, à Collegio. Itaque Relinquuntur In parata Pecunia in Archivo Collegii, numerando quemlibet Aureum Nummum florenis Polonicis 18.

Aurei in Specie — 1384. Rest floreni Polon. 24912.
Imperiales Solidi — 42. et floreni 2. — 338.
Tinfiones — 1181. et Sextarii 2. — 1496 : 23 : 1.
In Solidis Polonicis — 12 : 18.

Insuper apud P. Laskowski Curatorem Sieksierecensem, recipiendos, relinquo florenos Polonicales, quos Collegium Expendit in Contributionem Capitalem Mensis Septembris Seu Rhatae hujus Mensis, et ex parte Hybernalem pro Sieksieriis. ff 516 : 16.

Suma Pecuniae quae Relinquitur in Archivo Collegii. ff	27275	27.	1.

2. Apud Curatores Pagorum, Bursam Musicorum, in Officinis uti Apotheca, Typographia Relinquuntur Restantes Summae Ultimi Mensis 9bris Anni praesentis 1745. ut patet ex illarum Rationibus.

3. In Censibus retentis Ex Fundis Elocatis, nimirum ex Lapidea Rybskich, à Pictore Graff dicto, reliquum recipiendum, tam pro Anno praeterito 1744. quam pro Anno 1745. Census integer relinquitur R.P. Rectori, et ex Domo Suburbana à Vidua Bartłomiejowa pro Anno 1745. finito Festo Paschatis, et finiendo eôdem Festo in Anno Sequenti 1746. Census juxta Contractum datus.

4. Debita Collegii Nulla relinquuntur, quare accepto reali fundamento (exceptis debitis expressis à p.m. R.P. defuncto Praeside Collegii et â me persolutis et extinctis) quod Collegium de=

beat pro Vino Hungarico devecto Cracoviâ Posnaniam et recepto à Collegio, aureos nro. 125. Præmissâ Consultatione, Debitum hoc exsolvi et sopivi illud minori Prætio, Scilicet Aureis 117. ut testatur Quietatio Missa Cracoviâ in Literis Mercatoris, Dni Josephi Szeliga.

In Rebus ad Consumptionem Relinquentur.

5. Boves ad Macellum 12. Caro Bubula fumata ex 369 Bobus. Salis Dolia 32. Vini Ordinarii Hungarici Dolia 26. et ½. Vini Neapolitani Oxefta. 1. Vini Gallici Recentioris Oxefta 2. Vini Gallici Veteris Oxefta 1. Item Vini Gallici media Oxefta. 1. Ad Missæ Sacrificia item Vini Gallici Oxefta media. 1. Mulsi Antiqui parum acetosi et jam Corrupti. Dolia. 2. Mulsi recentioris Dolia 3. et 4tum non plenum. Mellis crudi Dolium Cerevisiale plenum. 1. Piotrovii relinquuntur ad Stagnum Gowarzoviense in Ulteriorem Conservationem Carpionum Sexagenæ 30. In Piscinis Horti Domestici, tam Carpiones, quam alii Pisces Varii, pro quibus expensi Sunt fl. 266 ß. 21.

6. Aromata non Specifico, cum nonnulla immediate in Octobri, Torunio Sint Aucta, hæc Sufficient Collegio præter nonnulla pro Anno ferè medio. Halecum Præstantiorum relinquitur Dolium. 1. Scoticorum pro Familia Collegii. Dolia. 2.

7. In Braxatorio manet tantum Braseorum, quantum Sufficiet ad Coquendam Cerevisiam per duos Menses. Pro Braseis, relinquuntur Hordei Trimodii 77. Tritici Trimodii 18. Lupuli Sufficientia, plus quam ad Festum Sufficiet Sancti Joannis Baptæ in Anno futuro. 1746. In Braxatorio âme nova officina erecta ad coquenda Brasea ex fundamento, cum Antiqua fuerit pessima, quæ et parvis Impensis erecta in Antiquo Braxatorio, et superius data, cum antea in ipsa Brasea, feces defluerent, et ignem ferè non Semel extinxerint, defluendo impetu magno deorsum ex area Collegii. Tectum Braxatorii pariter correctum et tectum Imbricibus novis.

8. In Stabulo Collegii relinquuntur ad usum Collegii Equi 5. Kolaska mała Nowa z Osikami Żelaznemi Gdańska. 1. Kareta Kryta Stara zła. 1. Karetka wpołnakryta 1. Suppellex Stabuli majori ex parte Aucta et reparata, Sartatecta data Nova et pavimentum de novo in Stabulo.

9. In Vestiaria accesserunt denovo. Indusia. 200. Strophia Præstantioris telæ 400. Antiqua Indusia reparata, Collaria ex Nova tela data, Mappæ Præstantiores, et Mappulæ de novo âme comparatæ, Sindones, mantilia, ut patet ex Elencho Vestiariæ. Castores pro PP. Veteranis Gedanô et Vratislaviâ conductos habet 4. Vestiaria.

10. In Refectorio, Fornax ex fundamento Nova exstructa.

11. In Area Collegii, denovo Aquæductus reparatus, et canales cum ferramentis novis datæ. Curritorium ad Portam de novo ex Muro Solido â fundamentis, fornice et tecto duplici, Scilicet asseribus et scandulis tectis, desuper, datum et Exstructum. Statua Sancti Patris Ignatii, in Area publica Collegii denovo depicta, auctaque Nomine JESUS deaurato. Aula Scholarum integra Scandulis Novis tecta, insuper tectus Scholarum, et omnium Lapidearum Collegii ex integro novis Imbricibus reparatus, Fornaces tam in Domunculis Suburbanis, quam Lapideis, fenestræ novæ datæ, reparatæque.

Status Habitualis.

12. Status hic Idem fermè est qui supra, præter unam Summam 4000. Polonicalium,

quæ levata est ex Bonis Dokowo et Spławie. P. M. D. Francisci Bojanowski, nam præfatus Perillustris, Bona hæc Vendidit, ideoque hæc Summa ex præfatis Bonis Vindicata meo Vice Regimine, nam in periculo magno hærebat, timebaturque ne perisset.

13. Duo Millia flor. Polonicalium pro Fabrica Collegii, ex Summa 10000. declarata ab Illmo Koźminski Palatino Calissiensi, residua recepta â p.m. RP. Josepho Kobielski. Anno. 1744. et data âme Eidem Illmo Palatino Quietatio Generalis in Castro Posnaniensi de perceptis hisce pro Fabrica Collegii 10000. â Collegio. Cujus Summæ tum RR. Naramowski, Gwinski, Rzanowski et alii Rectores hujus Collegii, Sensim ab Eodem Illmo Palatino per 2000 recipiebant pro Fabrica Collegii, tandem residua duo Millia ad Complementum 10000. recepit RP. Josephus Kobielski Rector Collegii.

14. In Pagis Peziorki et Piotrowo, Verveces ad Vendendum manent, elenchum eorundem, CC. Curatores debent porrigere. Lana pariter unius Tonsionis Ovium autumnalis remanet apud Eosdem juxta numerum porrectum, pro qua Venient infallibiliter floreni Polonici 4776. Numerando Vellus unum â fl. 1: ß. 15.

15. Ex Crescentia Bonorum hujus Anni, nihil percepit Collegium, præter 65. Trimodios Hordei ex Bonis Peziorki ad Brasea Collegii.

16. Os Culinæ ex Industriis Culinæ puris, et rebus remanentibus Provisionum Variarum ex Integro de novo datum et comparatum, ut patet ex Elencho rerum, quæ de novo Culinæ accesserunt, nec numerantur in Expensis et Rationibus Collegii.

Adalbertus Bystrzonowski
mp.

x

Resignatio Officii Rectoris Collegii Posnaniensis Societatis JESU facta à R. P. Adalberto Bystrzonowski R. P. Ladislav Zoltowski Anno Dni 1750. Die 13. Maii. Sed per reditum ad regimen intra paucos dies subsecuta

Status Actualis Collegii.

In ærario Collegii relinquitur summa consumptibilis flor. Pol:	7001.	12.
Nempe in specie aurei nummi numero — 3671.		
In argentea moneta tymfiones numero — 3105 gr: 12.		
Præterea apud Procuratorem Jeziorcensem floreni	1878.	24.
Apud Procuratorem Siekiercensem floreni	243	11.
Apud Procuratorem Mechlinensem floreni	200	2.
Apud Procuratorem Piotroviensem floreni	43.	18.
Apud P. Præfectum Typographiæ floreni	390.	10.
Apud Apothecarium floreni	20.	
Summa facit quæ relinquitur in pecunia	72787.	gr: 18

In Censibus retentis à Summis relinquuntur

1. à Summa duorum millium in Strykowo locata census pro annis 4 nempè ab anno 1747. ad annum 1750 terminandum in Crastino Joannis, si vel per medium numeretur; facit.	280.
2. à Summa 1500 florenorum in Kiszewo locata, census pariter pro annis 4, si per semiquatuor numeretur, facit.	210.
3. a Summa 3000 locata in Karcze census pro annis 3. si per semiquatuor numeretur; facit.	315.
4. a Summa 5000 locata in Branice pro Anno 1749 flor:	175.
5. Infideles Maniszkowie à Summa flor: 250 pro Anno 49. flor:	18.
Summa facit flor:	998.

Quantùm verò relinquatur in censibus retentis ex lapideis et domibus elocatis contractus particulares informabunt.

In Debitis relinquuntur:

1. Templum antiqui debiti fabricæ Collegii debet flor:	18796.	4.
2. Provincia pro vecturis et viaticis Scholasticorum flor:	356	8.
Quantùm verò alia Collegia debeant pro vecturis et viaticis, aut illis debeatur; constat ex libro viaticorum et Literis Præsidum.		
3. Congregatio Cordis JESU. juxta novellum memoriale.	110.	
Summa facit flor:	19262.	12.

In rebus vendibilibus.

1. Relinquitur in omnibus prædiis integra lana hyemalis ex ovibus
2. Relinquitur pariter lana ex agnellis vulgò iarzęczka.
3. Relinquuntur in prædio Jeziorcensi anni elapsi non divenditi verveces, numero 30. hujus autem anni verveces in omnibus prædiis, quorum numerus constat ex inventario unius cujusq Procuratoris

In Rebus consumptibilibus relinquunt, et in Officinis

In Cellario.

Vini Hungarici dolia plena. 20. antale — — 1.
Vini Gallici Oxeftæ. — — 3. ~~[illegible]~~
Mulsi dolia majora — — 7 ~~[illegible]~~
Cerevisiæ dolia. — — 52.

In Dispensa.

Farinæ, pultium, pisorum, lardi, butiri, caseorum, et cæterorum leguminum, ac olerum, Item Anserum, gallinarum, gallorum Indicorum, caponum tantùm relinquitur, quantùm Mensis unius quò ad aliqua, quò ad alia hebdomadæ unius requirit provisio. Præterea

Halecum dolia — — — — 5.
Muriaticorum lapides — — 13.
Massæ prunarum ollæ — — 18.
Pultium minutarum ollæ. — 6.
Pultium Francofurtensium lapides 5.
Sævi pro Candelis lapides — — 7.
Candelarum sexagenæ — — 11.
Salis tonnæ numero — — 27.

Insuper pro Annis duobus ex Distributione salis annua, à Salis Distributore debentur adminimùm dolia 54.

In Aromatibus

Croci libra. — — — — 1.
Saccari coni seu capita — — 20
Oryzæ lapides — — 5
Uvarum passarum lapides — 5
Uvarum passarum Jonum lapides 5.
Cinnamomi Libræ — 2.
Piperis lapides — 3.
Zinziberis lapides — 3.
Amigdalorum lapides — — 8.
Farinæ Saccareæ lapides — 2.
Olei olivarum lapides — — 7.
Floris muscati libræ — — 2.
Nucum muscatarum libræ — 2.
Caryophylli Libræ — — 2.
Pomorum Cytri salitorum nro. — 150.
Conservæ ex pomis Cytri olla — — 1.
Fructuum salitorum olivæ ollæ — 2.
Capparorum ollæ — — — — 2.

In Culina et Pistrina.

In Culina et Pistrina relinquitur supellex sufficientissima tam stannea quam ærea noviter comparata, aut reparata, juxta Elenchum his Officinis proprium manu mea subscriptum. Lignorum tantum relinquitur, quantùm tam Culinæ quam pistrinæ sufficere possit in annù integrum, usq ad ver anni sequentis.

In Macello.

Relinquuntur boves — — — 5.
Porci qui saginant — — 6
Porci minores ad saginandum — 5

Supellex huic Officinæ propria habetur in Elencho à me subscripto.

In Brasatorio.

Relinquunt braseorum ex tritico metretæ. — — — — — — — — 24.
Braseorum ex hordeo metretæ. — — — — — — 105.
Hordei nondum elaborati metretæ. — — — — — — — 80
Tritici nondum elaborati metretæ. — — — — — — — 10.
Lupuli currus 2. qui ultra annum sufficere possunt.
Lignorum tantum; quantum sufficere possit in annum integrum. usq ad ver anni subsequentis.
Supellex Brasatorii est descripta seorsivo elencho, et à me subscripta.

In Refectorio Collegii.

Relinquitur supellex stannea, in orbibus, scutellis denovo fusis, cantaris, cochlearibus cultris, fuscinulis et cæteris requisitis sufficientissima, cujus elenchus est manu meâ subscriptus.

In Refectorio Suburbani Horti.

Relinquitur seorsiva supellex tam Refectorium quam culinam concernens. in orbibus stanneis, scutellis majoribus, et minoribus stanneis, cochlearibus, cultris, fuscinulis, vitris, orbibus testaceis, cantharis, sufficientissima, cujus elenchus habetur manu meâ subscripty.

In Vestiaria.

Relinquunt omnia ad sufficientiam, justa elenchum huic officinæ proprium à me subscriptum. Imò ad superabundantiam: nam ipsius lineæ supellectilis habentur ultra novem lotiones distinctæ, ita, ut parum absit, quater nonnisi in annum debere fieri lotionem.

In Officina Lotoria.

Supellex huic officinæ debita habetur in suo elencho à me subscripto

In Stabulo.

Relinquuntur equi fabricæ et usui Collegi inservientes — — — — 13.
Præterea ad usum R. P. Rectoris equi — — — — — — — 4.
Rheda tecta noviter comparata — — — — — — — — 1.
Rheda n' tecta — — — — — — — — — — — 1.
Currus ferrô muniti — — — — — — — — — — 5
Currus vulgò Skarbnik — — — — — — — — — 1.
~~[illegible]~~ — — — — — — — — — — ~~1~~
Lororum, et cæterorum requisitorum tum ad equos, tum ad currus quantum necesse. Reliqua supellex habetur conscripta in suo elencho.

In Officina Ferraria.

Supellex huic officinæ propria habetur in illius elencho à me subscripto.

In Apotheca.

Hæc officina novissimè ex solido muro extructa continet tria cubicula. Ultum distillatorium subtus habet cellarium, à latere hortulum. Adintra omnia denovo posita et picturis adornata. Supellex et species conscriptæ, habentur in suo elencho à me subscripto.

In Typographia.

Hæc officina habet duo cubicula: ampla noviter structa, et etiam Bibliothecam, quæ à me est perfecta. Quantum in libris habeat, typô impressis? quæ illius supellex? omnia in elencho à me subscripto continentur?

In Horto Suburbano.

In una piscinarum habentur ad esum caracei Krotoszyno conducti, in aliis duabus piscinis habentur carpionum sexagenæ circiter 6.
In commodum culinæ aluntur duo vaccæ, habentur quoq vituli.
Fæni ex anno præterito currus possunt numerari 15.
Ipse hortus satis cultus, oleribus consitus, et ad omnem culturam restauratus sub tempus mei Regiminis. Supellex illius habetur in elencho à me subscripto. 2. Cellaria habet subtus Palatiolum, unum minus, antiquum, 2dû majus ex solido muro recens positum, alia 2 cellariora. sub horrea p conservandis oleribus. Puteum novum.

Archivum documentorum et Lites.

Hoc Archivum, adjunctum est cubiculo Rectoris, ex eò enim, quod separatum in ante fuerit, multus disordo et decessus factus in juribus et documentis Collegii.
Lites quæ nondum ex toto sunt sopitæ, sunt tum rañe summarum, tum ratione fundorum. Ratione summarum sunt sequentes.

1ma. quæ concernit summam 15.m. locatam in bonis Julibowo. Hæc multis annis agitata in Tribunali Regni, eò devenit, nedum cedere bonis Julibowo adactum sit. Magnifico Dño Krosnowski sed redimere multis millibus processum juris cum eodem, ac calculum iniunctum decreto Tribunalitiò facta remissione nostri juris ad bona Magnificorum Juliboscíorum, et salva repetitione præfatæ summæ. Habetur informatio hac in re tum R. P. Przanowski, tum R. P. Kobielski Antecessorum meorum.

2da. quæ concernit summam 10.m. inscriptam Templo ab Illmo Lipski Castellano Rogoznensi. Adhuc non attentata et quasi neglecta à Patribus Præfectis Templi. Habentur in Archivo quædam documenta illius.

3tia. quæ concernit summam 1000 fl. inscriptam à Virgine Glinieczka cujus medietas concernit Collegium, altera Templum. Documenta sunt penes P. Præfectum Templi

4ta. quæ concernit summam fl. 5.m. inscriptam à P. nostro Jacobo Zapolski. De hac documenta reperire n' potui, circa quæ aliquid innuit in sua informatione R. P. Przanowski

5ta. quæ concernit summam 1000 fl. legatam à Dño Ostaszewski in villa Bielewo, de hac mentio habetur in eadem informatione. Nondum attentata.

De reliquis summis liti adhuc subiectis dicetur, ubi agetur de summis censualibus.

Ratione fundorum lites sunt sequentes.

1ma. est. ratione granicierum Mechlin cum civitate Szrzem, quam attentavit R. P. Przanowski. Exportavit Instrumentum Commissionis Regiæ nobis in ipsis terminis injuriosum, et in fundamento illius Commissarii nobis non bene affecti conducti scopulos 15 nostros cum fundorum avulsione erexerunt, à qbg recedere coactus idem R. P. Actor, facta manifestatione contra tum Commissarios, tum Cives. Decretum dilimitationis hujs post duos amplius datum per oblatam in Castro Posnaniensi. Contra quod ego feci manifestationem, et alteram Jura Commissionis actum. Noto, quod in his scopulis inveniant tabellæ argillaceæ nomine 1713 de anno et die insignitæ, quas excolas paraverat R. P. Przanowski iniciendas scopulis ad mentem suam (ut piè putaverat) erigendis. Has Cives furto sublatas è Rheda R. P. Rectoris post ejus recessum à ductu, hiscè scopulis imponi curaverunt: quod constabat ex testimonio nostrorum subditorum. Fundum tamen avulsum tuendum per fortia demandavi Curatori Mechlinensi. et adusq est in nostra possessione. Habentur documenta hac in causa.

2da. est. Villarum nostrarum Dąbrowa, et Kotowo cum bonis Łężek Magnifici Josephi Dobrzyçki, ac Iroczowo Magnifici Janowski. Hæc lis ab annis ultra 30 est nata, tandem motu ipsius Illustrissimi Radzewski Succamerarii Posnaniensis resuscitata, obtento Decreto in Tribunali Regni Condescensionis. Sed finem suum non sortita, ex eò, quod Dns Dobrzyçki sub idipsum tempus inient Contractum emptionis bonorum Łężek. 2dum Decretum Condescensionis exportatum, quod ut eluderet idem Dominus Dobrzyçki Manifestationem olim à se factam sub Regimine R. P. Przanowski renovavit, quâ nos non agnoscit hæredes Bonorum Dąbrowa. et Kotowo, imò et omnium Villarum spectantium ad Mechlin, et sic in ipso tractu evanuit Condescensio. Hæc causa expectat Tribunal, quam P. Rzepnicki optimè novit: habeturquè informatio circa documenta.

3tia est Villarum Luciny et Kalcie cum bonis Jeziora. Perillis Poniński Dapiferi Wschovensis, quam R. P. Przanowski movit, sed non composuit. Eam prosequi non erat consonum: nè circumquaquè cum collateralibus hæredibg excitato strepitu Juris iudicaremur communi ore inquieti et turbatores pacis, et facta conspiratione vicinitatis unitis viribus ageret contra nos fortius.

Reliqua quæ possidemus bona, sunt in pace.

Deposita.

1mum est Depositum Palatinatuum Posnaniensis et Calissiensis, ingravaminosum, damnosum, et futuro periculo obnoxium, ex Actis circa illud informatio haberi potest. Circa extraditionem illius poterit Collegium prætendere compensañem damnorum ex ejusdem conservatione ortarum: quæ damna, sicut et tam diurna solicitudo ac fidelis cura non uno mille aureorum taxari potest. Spemquè faciunt Palatinatus recompensationis

2dum est aureorum M Residentiæ Medereccensis ad mentem memorialis 2di Anno 1749 relicti à R. P. Provinciali

3tium est Charissimi Joannis Buczynski

Cubiculum Rectoris

Hoc ampleatum est tribus reisteratis. 1ma continet Archivum documentorum. 2da. depositorium aromatum. 3tia et 4ta est cubiculum Rectoris. In cubiculo est Bibliotheca cum suo elencho. est horologium cum repetitionibus, est et cista lagenaria cum 12 lagenis ereis, minor quoq; cista cum lagenulis vitreis. 3. vasa stannea. Cortinæ ad fenestras. Cortina ad lectum cum suo ferreo pedestali. Sellæ coreo tectæ 13, et 3 aliæ minores seu taborety

Debita activa.

Dei Gratia jam nullo debito Collegium gravatur, nam 1mo Virgini Raczynska M^m. quæ R. P. Kobielski acceperat cum onere pendendi census annui per 7. à cento, à me sunt restituta habeturq; quietatio. 2do Circa debitum quod fuerat contractum à Provincia ex Komorsciana Summa ad emendum Pagum Mechlin, quia dubium subortum, num fuerit 25 m fl: pol: num tymfionum, proinde anno 1749 in Januario persolveram Provinciæ nonnisi 25 m. flor: Sed quia perspectis intimius documentis, tum Resignationibus, tum memorialibus quod contractum fuerit debitum 25 m tymfionum deductum, proinde ut ex toto extinxissem debitum, persolvi Provinciæ residua 6666 flor: gr: 20, recepiq; omnes Syngraphas, quæ habentur in Archivo.

Onera et Obligationes Collegii.

1mo Contributio hyemalis, seu hiberna, et Contributio capitalis duplici rata. nempe autumnali et verna pro hoc anno est persoluta.

2do Contributio debita Provinciæ pro anno 1749 est quoque persoluta

3tio Ex lapideis à summis hærentibus Census, seu wyderkaf unicuiq; Creditori requirenti solutionem est exsolutus, aliqui census ex eo persolvendi manent, quod non fuerit facta requisitio. Quietationes hac in re habentur in gemino libro, uno in folio altero in 4to.

4to Famulis Collegii justa illorum contractus Salaria. Sunt ex parte soluta, justa tempus obsequiorum. Quantum adhuc unicuiq; debeatur, edocebunt iidem Contractus

5to Terragium quod induxit R. P. Rzanowski facta ambinatione cum Civitate Posnaniensi, seu pensionem ex lapideis et domibus suburbanis, solvi pro omnibus anterioribus annis, ac pro anno 1750 terminando pro Festo S. Martini, una cum Terragio à lapidea concernente Residentiam Valcensem, à qua est repetendum.

Melioratio Collegii et attinentiarum.

Stante meo Regimine 1mo in Collegio anterius fundato ad 3 Cubicula datum est pavimentum. ex asseribus, antiqui enim usus esse non potuit.

2do Bibliotheca super Commune Theologorum et Magistrorum Typographiæ ad deponendos typo impressos libros applicata, quoad incrustationem, dealbationem pavimentum, fenestras, ex toto perfecta.

3tio Diruta antiqua 3tia parte Collegii, nova quoad 4 contignationes à fundamento ex solido muro protracta, et erecta, data illius facie non inelegante prospiciente Templum D. Magdalenæ, per transversum vero justa eandem faciem duarum contignationum posita nova pars Collegii. In infima contignatione hujus Structuræ locata typographia, et apotheca, in 2da contignatione vestiaria et duo pro nostrorum habitatione cubicula continentur. In 3 et 4ta contignatione locus Bibliothecæ designatus. 4ta demum parte Collegii veteris diruta, nova duarum contignationum cum turri in medio à fundamento erecta, præter cellarium in infima contignatione numerat 6 cubicula et portam Collegii in infima parte turris. In 2da contignatione pariter numerat 6 cubicula Fratrum Coadjutorum habitationi servitura. Quod desideratur ex altera parte turris, est sub manu Fabrorum murariorum poteritq; hac æstate perfici

4to In area majore Collegii exstructæ sunt officinæ, in quarum infima parte continentur equilia 5. unum quodq; capax 6 equorum, cum omnibus requisitis et commoditatibus. Insuper depositorium amplum curruum, et duo minora pro servando pabulo equorum. In superiori parte granarium pro frumento, et hordeo ad braxatorium, et locus pro deponendo fæno.

5to Ad angulum intra muros Collegii positum receptaculum pro gallinis, anseribus, caponibus, imbricibus tectum in quo ali et conservari tuto possint.

6to Hortus proximus Collegio denovo in suas partes dispositus, et ordinatus arbusculisque plantatis, circumcirca cinctus carpino. In medio habetur Altana. Ad hunc hortum pons novus accessum è Collegio facit. Circa quem pontem et portam in muro excisam Cives Posnanienses aliquid moliri

intendebant, quasi hæc apertio portæ foret in præjudicium Portalicii, et pons per fossam positus. Sed acquieverunt facto accepta à me submissione obstruendæ hujus portæ in casu alicujus obsidionis Urbis, vel similis urgentis publicæ necessitatis, et iterum aperiendæ cessante necessitate. Copia hujus submissionis habetur inter documenta. Dicto horto appositum est sepimentum novum cum sua porta et clausura

7mo In horto majore Refectorium stratum novo pavimento, cellarium ex solido muro recens structum, quod judicetur aptior locus conservando vino, præsertim in casum inundationis, quæ non infrequenter cellaria Collegii replet aquis.

8vo Aperta platea inter Scholas ac Præposituram Divæ Magdalenæ, multo conatu et lite cum Sanctimonialibus S. Benedicti, propter commodiorem aditum populi, ad novam Collegii portam, et ejus prospectum. Canalis per longum ejusdem plateæ ex solido muro datus, et ipsa platea lapide strata

9no Lapideæ pleræq; reparatæ: uti in qua bursa residet musicorum, paries denovo structus. In lapidea Rzulich aula pro exhibitionibus reparata, et adornata. In aliis lapideis sartatecta, fornaces, fenestræ, cloacæ expurgatæ etc.

In hanc totam Fabricam Collegii sub tempus Regiminis mei præter victum aurigarum, equorum, et reliquum in rebus subsidium, quæ expensa pluribus millibus æstimari deberet, in ipsa parata pecunia expendi flor uti constat ex rationibus fabricæ.

Status habitualis Collegii.

Per Annos semiquinqui Regiminis mei nempè in Anno 1746 aluit Collegium Personas 67. in A° 1747 Personas 66. in A° 1748 Personas 66. in A° 1749 Personas 62. in A° 1750 Personas alit 61.

Bona Collegii illorumq; melioratio

Bona Collegii hæreditaria. eadem inveniuntur quoad substantiam, prout in anterioribus Resignationibus sunt descripta. Circa singula hic noto, quæ sive reparationem et meliorationem illarum concernunt. sive circa suum præsentem statum informatione indigent.

Bona Jeziorki Dei Gratiâ cum omnibus suis attinentiis sunt in optimo statu. Litem nullam habent. Melioratio in illis stante meo Regimine hæc facta. 1mo Prædium Jeziorcense integrum. in tota sua circumferea sepibus de ligno solido cinctum et clausum. 2do Braxatorium auctum, et magna sui parte de novo structum. 3tio Puteus ex solido lapide fundatus. 4to Subditi per singulos annos equis ad colendos agros (ut videre est in rationibus expensarum Procuratoris Pagorum) aliquot millium pretio emptis sunt provisi. 5to aliquot horrea et domus novæ pro mansione subditorum exstructæ. 6to Ovilia longè majore numero aucta. Specificatio ovium in singulis prædiis habetur in Inventario Procuratoris. 7mo in omnibus tribus prædiis Jeziorcensi Bielawiensi, et Dębinensi ex anterioribus annis residuæ siliginis relinquuntur plura centena sexagenarum.

Bona Siekierki Nondum quidem ad eum pervenerunt statum, in quo antiquitus fuerant, notabiliter tamen ita sunt meliorata, ut iam sint sufficientia pendendis hebdomadariis provisionibus. Melioratio stante meo Regimine hæc facta: 1mo fossæ expurgatæ, per quas defluentibus aquis ab inundatione agri immunes fiunt. 2do pleriq; agri sterilescentes exculti. 3tio Siekierkis horreum novum, currile, sepes, Altana, domus novæ 8 pro subditis exstructæ. Sienawicis nova taberna data, et unus colonus ex toto fundatus. Wydzierzewicis horreum novum, pro subditis domus novæ 3. Nagradowicis prædialis domus, equile, colono domus nova, ac unus colonus accepit. Krzyżownicis duobus Kmetonibus novæ domus exstructæ. 4to Gowarzewi in unum stagnum præter minores caracinos luciorum immissæ sexagenæ propè 8. In alterum stagnum immissæ caracinorum majorum Krotoszyno conductorum sexagenæ 22. et carpiones 53. Siliginis relinquitur ultra sexagenas.

Bona Mechlinensia Longè in meliori statu ad præsens inveniuntur. Melioratio facta in cultura et fimatione agrorum, fossæ erutæ ad decursum aquarum. Kotowiense molendinum reparatum; domus nova et horreum propter molendinatorem exstructa. Mechlini taberna nova, et domus aliquot pro subditis: aereum molendinum reparatum. Officina ad distillandum crematum et cum lebetibus fundata. Propter colonos à Collegio dati equi 8. Lucinis taberna nova, ovile novum, piscina fundata denovo. Arborum elaboratarum tantum in parato Mechlini habetur, ut possit nova Residentia haberi pro mansione commodiore Procuratoris, et ejus socii. Siliginis in omnibus prædiis relinquitur ultra sexagenas 200.

Bona Piotrow. Hoc prædium longè plus ad præsens fructificat quam in ante. Melioratio in illo hæc facta 1mo domus prædialis post conflagrationem denovo fermè structa. 2do officina distillatoria cremati nova et cum lebetibus. 3tio horreum novum amplum. 4to granarium et molendinum scandulis tectum. 5to domus duæ novæ propter colonos. 6to prata et agri exsiccati per expurgationem fossarum satis notabili pretio. 7mo Głuszynæ agri expurgati et à Contro:

versia

versia inter Celsissimum Episcopum ac Collegium vindicati, ex eo quod multis annis sterilescentes plane à nobis fuerint neglecti. 8vo Capella Gostomiana Szredæ novo ære tecta, foris et intus muri reparati, fenestræ novæ datæ, ac Supellex pro Missæ Sacrificio pro Capellano. 9no Procuratoris Nadolski dimissi tanquam villici iniquitatis debita contracta aliquot millibus à Collegio exsoluta. In Siligine præter id quod in grano reperitur, relinquuntur Sexagenæ 150.

Quæ sint onera et obligaones pagorum: nihil est quod superaddam, tota informatio capienda ex Resignationibus Antecessorum meorum. Per omnes annos quidquid persolvendum erat, sive in decimis, sive in messalibus, sive in Censibus locatis in bonis nostris, adusq persolutum est, habenturq quietationes.

Summæ Censuales.

1ma Summa locata apud Civitatem Posnaniensem $12^{m.}$ per annos 2 Regiminis mei fructificabat per 7 à 100 per annos 3, nonnisi per 5, nec induci poterant Cives ut Suæ novissimæ complanationi initæ anno 1743 cum R.P. Przanowski starent. Actio hac in re intentata in Castro Posnaniensi, Sed exceperunt forum, illi Regium appellarunt, nos Tribunal. Optimum foret si Summa vindicetur, ne in continua lite, et aversione animorum sit Collegium cum Civitate. Pro anno 1750 Census per 5 receptus in Calce.

2da Summa locata apud Civitatem Vschovensem 4^{m} tymfionum, pendit Censum per 5. qua diminutione à R.P. Sobielski permissa, iam induci Civitas non potest, prout ante Solvebat. Summæ quæ sunt locatæ in Synagoga Posnaniensi ad præsens nonnisi important Censum per 5. à 100. Et esto R.P. Przanowski ad duos duntaxat annos permiserit diminutionem hanc, etiam à Summis aliorum Collegiorum, uti Contractus sonat induci tamen Synagoga haud potest, ut Solvat per 7. Sicut ante Solvebat. Et quod molestius est eodem Contractu suscepisse Collegium onus per 4 ratas in Annum, extorquendi hujus Census à particularibus Judæis, quem anteá ipsa Synagoga recipiebat, ac collegio hebdomadatim persolvebat.

Ducta hoc exeplo Synagoga Vronecensis à Summa $8^{m.}$ Censum etiam per 5. Solvit.

Jam circa Summas locatas in bonis Nobilium, hæc Scienda occurrunt.

1ma Summa $4^{m.}$ olim in bonis Dakowo et Sptawie locata, levata est anno 1745 à R.P. Ryzner protunc Vice Rectore, per annos 3 Regiminis mei sterilescebat in Ærario. Anno demum 1748 cum permissu R.P. Provincialis prout habetur in memoriali Sto relicto in Visitatione Collegii per commutaonem cum Summa Butakowiana inscripta Fabricæ, fructificare cepit Collegio

2da Summa Naramowsciana $4^{m.}$ de Swiątniki levata pariter per Commutationem cum Summa Butakowiana Fabricæ locata apud Synagogam Posnaniensem. Summa autem $2^{m.}$ de iisdem bonis recepta, utpote Consumptibilis aggregata est ærario Collegii

3tia Summa $3^{m.}$ ad Collegium pertinens. et $2^{m.}$ ad Templum data olim mutuo Magnificis Szczaniecciis, et in Murka ac Jelenczewo inscripta per 30 circiter annos non fructificans multis actionibus in Foro agitata, et Expensis Subiecta, tandem anno 1749 in Tribunali Regni ultimo evicta: Sine provisionibus, et mulctis, recepta in mea absentia, Summæ Consumptibili utraq annumerata. 1ma quidem $3^{m.}$ utpote ex usuali Summa Collegii mutuo data. Reliqua vero duorum millium esto fuerint Templi, Sed ab eo in extinctionem debiti à Collegio olim contracti ex Ordinatione R.P. Provincialis cessa et data.

4ta. Summa $7^{m.}$ in bonis Harcz hærens Decreto Tribunalitio, unacum provisionibus evicta, Sed cum Illsmq Palatinus Posnaniensis Szołdrski dictorum bonorum hæres ante terminum Solutionis Summæ, decreto præscriptum fatis cesserit, dari decretum exeqution decretum n potuit, et Summa vindicari. Sed Illsma Palatina Superstes et cum Successoribus in fundamento decreti Tribunali Regni hoc vocante, citata ad Judicia Terrestria Vschovensia:

5ta Summa $2^{m.}$ mutuo data Magnifico Jaclanowski in bonis Malikow inscripta, à multis annis neglecta modo vocata ad jus, pendet judicanda in Castro Posnaniensi, utpote in suo foro

6ta Summa $3^{m.}$ annotata in Informatione à R.P. Przanowski, quasi ex Censu à Summa Strzemesciana fuerit collecta, et in bonis Broniszewice locata, unà cum aliis $5^{m.}$ à Collegio Posnaniensi receptis. Sed Provincia evicit hanc Summam. $8^{m.}$ fuisse Capitalem Strzemescianam, adeoq ad Se pertinentem quare residua $3^{m.}$ fecit sui juris

7ma Summa Fabricæ Collegii novi apud Synagogam Posnaniensem locata, et à Perilli Butakowska in fabricam transfusa utpote exponibilis ex voluntate inscribentis, quia levari non potuit ob inopiam Synagogæ $6^{m.}$ Sunt transfusa in Collegium, relictis adhuc $2^{m.}$ penes fabricam cum permissu

R.P. Provincialis, et in locum illorum levata 4^{m} de bonis Dokowo, et alia $4^{m.}$ levata de bonis Swiątniki expensa in fabricam, uti habetur in rationibq fabricæ Collegii.

Reliquæ Summæ sivè Collegium sivè Templum sivè bursam musicorum ac Præfecturas Bonæ Mortis et Cordis JESU concernentes sunt in eoq statu, uti in ante. Unde informatio ex anterioribus informationibq deillis capienda. De Summa Cordis JESU $4^{m.}$ quam Templum expenderat in Suam fabricam, Noto, quod tandem anno 1749 eandem Templum restituerit. P. autem Præfectus Congregationis Cordis JESU. eam locaverit ad annum apud Perillustrem Capitaneam Rowidensem in Censum per 7. pendendum.

Novissimè 1mo accessit Sub meo Regimine Collegio Summa $40^{m.}$ et Templo alia $40^{m.}$ Sicut et Provinciæ $20^{m.}$ inscripta anno 1747. Actis Rcynensibus. Anno autem 1749 roborata ab Illustrissima Radzewska Succameraria Posnaniensi, Intromissio in bona Stepuchowo, Koziełsko, in quibq est inscriptio, Jure reemptitio, seu na Wyderkaf facta et admissa. Hæc Summa fructificare cepit in et pro Anno 1748. in quo post Fata Illsmi Succamerarii Radzewski per medium ipsius 7, seu à dimidio sui, justa Submissionem à nobis datam. Omnia documenta concernentia hanc Summam habentur in Archivo.

2do Accesserunt Templo $10^{m.}$ inscripta anno 1750 Actis Posnaniensibus. ab Illsma Zakrzewska Castellana Calissiensi, hærentq apud Synagogam Posnaniensem. Cujus Summæ $7^{m.}$ Cedere debent pro lamina ærea ad tegendam Capellam S. Josephi. $3^{m.}$ autem pro Anniversario Suæ Matris quotannis celebrando. Evictio totius Summæ assecurata ab Illsmo Castellano Calissiensi marito Super suis bonis Przetocznа

3tio Accesserunt Templo $3^{m.}$ inscripta anno 1749 Actis Posnaniensibq ab Illustrissima Kozmierska Palatina Calissiensi, et locata apud Synagogam Swarzędzensem pro Anniversario Sui mariti.

4to Illustrissimus Radzewski Succamerarius Posnaniensis Super lapidea Czarnkowska dicta, quam suo ære à fundamentis reparavit. inscripsit Testamento $12^{m.}$ pro Præceptore Linguæ Gallicæ, cujus Testamenti oblata habet. in Actis Valcensibus. Super eadem lapidea, habet quoq Collegium antiqui debiti, et à multis annis jure evicti

Ex fundatione Congregationis Cordis Jesu. justa Ordinationem R.P. Provincialis inscriptam libro ejusdem Congregationis accesserunt Collegio floreni 200 pendendi quotannis pro pane et vino ad Missæ Sacrificia et appenendo vino Patribus Veteranis Feriis illis 6tis quæ sunt propriæ festivitati Cordis JESU.

Templum

Sub tempus Regiminis mei marmorizatio Altaris S. Michaëlis, et S. Aloysii, ac denovo excitata duo minora S. Borgiæ et S. Francisci Regis. Confessionalia 4. Scamna omnia denovo. Chorus musicorum ex toto Marmorizatus, depictus et deauratus. Organa in illo restaurata, ac ea pars Templi quæ Sub Choro continetur una cum Columnis marmorizata, Imaginibusq adornata. In utroquè Choro 2dæ navis Templi fenestræ de novo adaptatæ. In Sacrario Casulæ plures accesserunt, præsertim opera et liberalitate Illustrissimæ Radzewska Succamerariæ Posnaniensis: cujq etiam manu et impensis perelegans Tabernaculum denovò perficitur.

Adalbertus Bystrzonowski

mp.

Resignatio Officii Rectoris Collegii Posnaniensis Societatis JESU denuo conscripta aucta & facta à R.P. Adalberto Bystrzonowski R.P. Sebastiano Chomentowski Anno 1752. Die 6ta Februarii.

Status Actualis Collegii

In parata pecunia relinquitur

In Orario Collegii relinquitur Summa consumptibilis — " — " — fl. 74470. | 20.
Praeterea apud Procuratorem Jeziorcensem — " — " — fl. 1991 | 12
Apud Procuratorem Siekiercensem — " — " — " — " — fl. 83 | 10
Apud Procuratorem Mechlinensem — " — " — " — fl. 20 | 21
Apud Procuratorem Piotroviensem — " — " — " — fl. 196 | 5
Apud P. Praefectum Typographiae — " — " — " — fl. 19 | 20
Apud Apothecarium — — " — " — — fl. 21 |

Summa facit quae relinquitur in Pecunia florenis Polonicalium 76802. | 28.

In censibus retentis a summis Collegii relinquuntur

1mo A Summa 1500 florenis in Kiszewo locata census pro Anno 1751 si vel per medium numeretur — — fl. 67 | 15
2do A Summa 12m apud Civitatem Posnaniensem locata census pro Anno 1751 — " — " — " — fl. 840
3tio A Summis 98250 ipsius Collegii apud Synagogam Posnaniensem locatis census per 5 numeratus pro ratis 4 retentus nempe S. Thomae Anni 1750 Paschatis S. Joannis & S. Michaelis Anni 1751 — " — " — " — fl. 4948 | 6.2
4to A Summa 8m apud Synagogam Vronecensem locatis census per 5 numeratus pro duabus ratis retentus una S. Joannis Anni 1751, & altera Epiphaniae Anni 1752 — " — " — fl. 400
5to A Summa fl: 250 apud Maryszkie Judaeos Posnanienses locata census pro Anno 1751 — " — " — " — fl. 18

Summa facit florenis — — 6273 | 2[illegible]

In Censibus ex fundis elocatis id est lapideis et Domibus ad Collegium intra et extra Urbem pertinentibus relinquntur.
Juxta contractus uniuscujusque Possessoris retentorum adusque censuum summa facit — " — " — " — " — fl. 126.

In Debitis relinquuntur.

1mo. Templum antiqui debiti debet Fabricae Collegii — " — fl. — " — 13052 | 4
2do Samueli Isaaco Judaeo Factori Collegii in anno 1746 mense Januario dati sunt in specie aurei 260 ad permutationem pro moneta argentea. Intra annum debebat restituere dictam summam sed Infidelis Judaeus verbo non stetit. Ex hoc debito adusque persolvit non nisi aureos 85, uti ipsius Syngrapha testatur. Unde debet adhuc aureos 175 seu flor. — " — " — " — " — " — " — " — 3150
3tio Moysi Wulff Judaeo in Anno 1746 mense Januario dati sunt in specie aurei 50 ad commutationem pro moneta argentea intra annum debebat restituere dictam summam sed infidelis non restituit. Ex hoc debito adusque persolvit non nisi aureos 18. Habetur ipsius Syngrapha et intromissio in domum ejus debet adhuc aureos 17. seu — — — — fl. — " — 306.
4to Provincia pro Vecturis et Viaticis Scholasticorum anni 1751 debet — " — " — " — " — " — fl. — " — 180 | 8.

Summa facit — " — fl. — " — 16688 | 12

Quantum vero alia Collegia debeant pro Vecturis et Viaticis anni 1751 aut illis debeatur constat ex libro viaticorum et Literis Praesidum.
Insuper in debitis apud Cauponarias Braxatorum pro ipsa Cerevisia jam distracta juxta rationes Procuratorum relinquuntur

Jeziorciis pro doliis — 68 — " — " — fl. — " — 680
Siekierciis pro doliis — 121 — " — " — fl. — " — 1210
Mechlini pro doliis — 144 — " — " — fl. — " — 1440
Piotrowii pro doliis — 18 — " — " — fl. — " — 180

Summa facit — — fl. — " — 3510

In rebus vendibilibus relinquuntur.

1mo In ipsa Siligine per duos annos non vendita & hujus anni messe relinquntur in manipulis Sexagenae 2863. In grano metretae ultra Trecentae quae si vel mediocri pretio distrahantur prout sperandum et expectandum plura millia pro illis habebit Collegium. Si duom metretatarum vendantur una ab 8 flor. facient fl. 16000.
2do Relinquntur verveces anni 4ti quorum numerus prout et omnium aliarum ovium constat ex Inventario uniuscujusque Procuratoris.

In rebus consumptibilibus relinquuntur et in officinis.

Supellex

In Cellariis

1. Vini Hungarici dolia plena 7.
2. Vini Gallici Oxefta plena — 2
3. Mulsi Veteris dolium plenum — 1
4. Mulsi recentioris dolia plena — 4
5. Cerevisia dolia — — 50.

Omnia a flor. - - - - - 3650.

In Dispensa.

Farina, Pultium, Pisorum, lardi, Butyri Caseorum et caeterorum leguminum ac olerum Item Anserum Gallinarum gallorum indicorum Caponum tantum relinquitur quantum mensis unius quo ad aliqua, quo ad alia hebdomada unius requirit provisio singulis mensibus & Septimanis pendi solita juxta praescriptum et praxim ad usque continuatam.

Praeterea

Salis dolia 21. Halecum dolium — 1

Muriaticorum lapides 6. Pultium minutarum quadrans — 1.

Pultium Francofurtensium olla 4. Mellis olla — 4.

Sebi lapides — 2 Candelarum Sexagena 10

Casei Hollandici — 2

Omnia haec aestimantur fl. — " — " — " — " — 560

Praeterea in ipsis piscinis horti suburbani relinquuntur pisces a fl. — 1092

In Provisione Quadragesimali ~~[illegible]~~ fl: — 528. | 6.

Croci quarta pars librae Saccari coni — 6.

Uvarum passarum majorum lapides. — 2. Uvarum passarum minorum lapides. 2

Orizae lapides — 3. Cynnamomi libra — 1.

Piperis lapides — 2 Syngiberis lapis — 1

Amigdalorum lapides — 2. ½. Farina Saccari lapis — 1.

Olei Olivarum lapis — 1. Floris Muscati librae — 2

Nucum Muscatarum librae 2. Caryofilli Libra — . 1

Pomorum Cytri salitorum — 20. Capparorum Librae — 5.

Fructuum Solitorum olivae semiolla. Rosae Cerasorum conditorum

Omnia haec aestimantur flor. — 512.

In Culina & Pistrina

Relinquitur supellex sufficientissima tam Stannea quam aerea noviter comparata aut reparata juxta Elenchum his officinis proprium manu mea subscriptum. Lignorum tantum relinquitur quantum tam Culinae quam Pistrinae abunde sufficere possit usus ad defluitationem Vernam anni sequentis ex bonis Mechlinensibus fieri solitam. pariter ad succendendas fornaces collegii tota Hyeme.

Ligna ipsa aestimantur fl. — 900.

In Macello

Relinquuntur Mechlini bos 1. Jeziorcii boves — 2

Siekierciis — bos 1.

Porci qui in Collegio saginantur — 10

Omnia a fl. — " — " — " 320

Supellex huic officinae propria habetur in Elencho a me subscripto

In Braxatorio.

Braseorum apud Procuratorem Jeziorcensem ex hordeo metretae 248.

In Collegio tum ex hordeo tum ex Tritico — Metretae — 72

Siekierciis pro braseis hordei metretae — " — 150

Tritici Metretae — 100.

Omnia a flor. — " — " — 3250

Lupuli Currus integer 1. a fl. — " — " — " — 639

Lignorum tantum quantum sufficere possit ad ver subsequens & ultra.

Unde in rebus consumptibilibus relinquitur Summa fl. 11697. | 6.

Dolia pro Cerevisia ultra 70. Ipsum Braxatorium cum omni commoditate & Supellectili nova ex solido muro recens extructum. Supellex autem Braxatorii est descripta seorsivo Elencho a me subscripto.

In Refectorio Collegii

Relinquitur supellex Stannea in orbibus scutellis patenis majoribus & minoribus de novo fusis, Cantharis, cochlearibus, cultris fuscinulis & caeteris requisitis sufficientissima cujus Elenchus est manu mea subscriptus

In Refectorio Suburbani horti.

Relinquitur seorsiva supellex tam Refectorium quam Culinam concernens in orbibus stanneis Scutellis, Patenis, cochlearibus, cultris, fuscinulis, vitris, orbibus testaceis, Cantharis sufficientissima; cujus Elenchus habetur manu mea subscriptus.

In Vestiaria

Relinquuntur omnia ad sufficientiam juxta Elenchum huic officinae proprium a me subscriptum.

In Officina Lotoria

Supellex huic officinae debita habetur in suo Elencho a me subscripto.

In Stabulo.

Relinquuntur equi fabricae & usui Collegii inservientes 13.

Praeterea ad usum R. P. Rectoris equi — 4.

Rheda tecta — " — " — " — 1

Rheda non tecta — " — " — " — " — 1.

Currus ferro muniti — " — " — " — 6

Currus vulgo skarbnik — " — " — " — 1

Lororum et caeterorum requisitorum tum ad equos tum ad currus quantum necesse.

Reliqua supellex conscripta habetur in suo Elencho.

In Officina Ferraria

Supellex huic officinæ propria habetur in illius Elencho a me subscripto.

In Apotheca.

Hæc officina prout omnes aliæ novissime ex solido muro exstructa; continet tria cubicula quartum destillatorium. Subtus habet cellarium, a latere hortum. Ad intra omnia de novo posita et picturis adornata. Supellex et species conscriptæ habentur in suo Elencho a me subscripto.

In Typographia

Hæc officina habet duo cubicula ampla noviter structa et tertiam Bibliothecam quæ a me est perfecta. Quantum in libris habeat typo impressis, quæ illius supellex omnia in Elencho a me subscripto continentur. Geminus Typus de novo fusus habetur

In Horto Suburbano

In una Piscinarum habentur Lucii; in altera carpionum sexagenæ octo. Caracenorum et tincarum hydriæ majores seu Cebrow — 24. Hi pisces recenter conducti florenis Polonicalibus 1029 / 18. In commodum Culinæ aluntur duæ vaccæ. Fœni habentur 15 circiter currus. Ipse hortus satis cultus, fructiferis arboribus plenus et ad omnem culturam notabiliter restauratus. Supellex illius habetur in Elencho a me subscripto. Duo cellaria habet subtus Palatiolum, unum minus antiquum, alterum majus ex solido muro recens positum. Alia duo cellariola sub horreo pro conservandis oleribus. Puteum novum etc. Ad capiendos pisces habentur duo retia unum minus alterum majus novum. Jeziorais habetur magnum rete de novo comparatum seu niewod.

Archivum Documentorum et Lites

Hoc Archivum adjunctum est cubiculo R. P. Rectoris. Eo enim quod separatum in ante fuerit, multus disordo et decessus factus in juribus & documentis Collegii.

Lites quæ nondum sunt ex toto sopitæ sunt tum ratione summarum tum ratione fundorum. Una ratione decimæ cum Parocho Turcensi.

1ma Quæ concernit summam 15 m. locatam in Bonis Tulibowo. Hæc multis annis agitata in Tribunali Regni eo devenit, ut Collegium nedum cedere bonis Tulibowo adactum sit Mgfco Dno Krasnowski sed redimere multis millibus processum juris cum eodem ac calculum injunctum decreto Tribunalitio facta remissione nostri juris ad bona Mgfcorum Tulibowsciorum & salva repetitione præfatæ summæ, habetur informatio hac in re, tum R. P. Przanowski. tum R. P. Kobielski.

2da Quæ concernit summam 10 m inscriptam Templo ab Illmo Lipski Castellano Rogozinensi adusque non attentata et quasi neglecta a Patribus Præfectis Templi. Habentur in Archivo quædam documenta illius.

3tia Quæ concernit summam flor — 5 m inscriptam Collegio a P. Jacobo Zapolski. De hac documenta reperire non potui circa quæ aliquid innuit in sua informatione R. P. Przanowski.

4ta Quæ concernit summam 1000 flr Legatam a Dno Ostaszewski in villa Bielskowo. De hac mentio habetur in eadem informatione. Nondum attentata.

De Reliquis summis liti adhuc subiectis dicetur ubi agetur de summis censualibus.

Ratione Fundorum Lites sunt sequentes

1ma Ratione graniciorum Skechlin cum civitate Szrem quam attentavit R. P. Przanowski exportavit instrumentum Commissionis Regiæ in ipsis terminis nobis injuriosum. In fundamento illius Commissarii nobis non bene affecti scopulos 15 cum avulsione nostri fundi erexerunt, a quibus recedere coactus R. P. Actor facta manifestatione tum contra Commissarios tum Cives. Decretum hujus dislimitationis post duos amplius annos datum per oblatam in Castro Posnaniensi. Contra quod ego feci manifestationem, et alteram contra Commissionis actum. Noto quod in his scopulis inveniantur tabellæ argillaceæ nomine IHS de anno et die insignitæ, quas excoctas paraverat R. P. Przanowski iniiciendas scopulis ad mentem suam, sicut pie putaverat, erigendis. Has cives furto sublatas è Rheda R. P. Rectoris post ejus recessum a ductu, hisce scopulis imponi curaverunt quod constat ex testimonio nostrorum subditorum. Fundum tamen avulsum tuendum per fortia Mandavi Curatori Skechlinensi habentur documenta hac in causa.

2da Est ejusdem Skechlin ac villarum nostrarum Luciny, Kaleie, Dąbrowa, Kotowo cum bonis Łozek Mgfci Josephi Dobrzycki, ac Sroczowo Mgfci Janowski. Hæc lis ab annis ultra 30 est nata tandem motu ipsius Illmi Radzewski Succamerarii Posnaniensis resuscitata obtentumque Decretum in Tribunali Condescensionis, sed finem suum non sortita, ex eo quod Dnus Dobrzycki sub id ipsum tempus consulto inierit contractum emptionis bonorum Łozek secundum Decretum condescensionis exportatum, quod ut eluderet idem Dnus Dobrzycki manifestationem olim a se factam sub regimine R. P. Przanowski renovavit qua nos non agnovit hæredes bonorum Skechlin Dąbrowa Luciny Kaleie Kotowo et sic in ipso tractu evanuit condescensio. Hæc causa remissa ad Tribunal in magno periculo versabatur; quia aliqui defectus commissi sunt in emptione horum bonorum quos legere licet tum in Historia Collegii tum in Resignatione sub anno 1688 et in documentis. Nihilominus Deo adjuvante obtentum Decretum in Octobri hujus anni quo Collegio adjudicata legitima hæreditas, Mgfcos autem Dobrzyccios incompetenter agere decisum. In ordine ad dislimitationem assignata Condescensio post Festum S. Laurentii anno currente.

3tia Est villarum Luciny & Kaleie cum bonis Jeziora Illris Poninski Dapiferi Wschovensis; quam R. P. Przanowski movit sed non composuit. Eam prosequi non erat consonum ne circumquaque cum collateralibus Hæredibus excitato strepitu Juris judicaremur communi ore inquieti & Turbatores pacis. Ac facta conspiratione vicinitatis unitis viribus fortiusque ageret contra nos

Ratione Decimæ

Est lis cum Parocho Tulcensi R. D. Bartholomæo Swierczynski. Ex prædio Gowarzewo juxta compositionem Anno 1636 factam 19 9bris quod ipsum omnes quietationes et duæ visitationes diœcesanæ Parochiæ obloquuntur; pendebantur loco decimæ flor. 30. Hac non contentus dictus Parochus citavit Collegium ad Consistorium Posnaniense lucratusque Decretum commissionis in ordine ad constituendam Decimationis meliorationem. Collegium apellavit ad Nuntiaturam procuravitque remedia. Sed nondum illi data citatio ob spem Concordiæ. Hic ipse Parochus ad idem Consistorium citavit Collegium ratione decimæ ex prædio Nagradovicensi quæ nunquam in ante dabatur. Nam Nagradovicense prædium neque pertinet ad Parochiam Tulcensem. Causa est in suspenso

Reliqua quæ possidemus bona sunt in pace.

Deposita

1mum est Depositum Palatinatuum Posnaniensis et Calissiensis, quam gravaminosum, damnosum et futuro periculo expositum ex ante actis circa illud quæ habentur inter documenta mensura & informatio capi potest. Circa extraditionem illius poterit Collegium prætendere compensationem damnorum ex ejus conservatione ortorum. Quæ damna sicut et tam diuturna Solicitudo ac fidelis cura non uno mille aureorum taxari potest spemq recompensationis faciunt Palatinatus.

2dum est Aureorum 20 Residentiæ Medzerecensis ad mentem memorialis 2di Anno 1749 relicti a R.P. Provinciali

3tium est Charissimi Joannis Buczynski

Cubiculum Rectoris.

Hoc ampliatum est tribus Reiteratis 1ma continet archivum Documentorum. 2da Depositorium Aromatum. 3tia et 4ta Cubiculum R.P. Rectoris; in Cubiculo est Bibliotheca cum suo Elencho. Est horologium cum repetitionibus. Est cista lagenaria cum 12 lagenis chreis; Minorque cistula cum lagenulis vitreis. Cortinæ ad fenestras. Cortina ad lectum cum suo ferreo pedestali. Sellæ corio tectæ 13. & tres aliæ minores seu Taborety. Vasa stannea majora 4. Minora 3. et Octodecim patinæ majores.

Debita Activa.

DEI gratia iam nullo debito Collegium gravatur nam Primo Virgini Raczynska 10m quæ R.P. Josephus Kobielski acceperat cum onere pendendi census annui per 7. a Cento, a me sunt restituta, habeturq quietatio.

2do Ad extinguendum debitum quod fuerat contractum apud Provinciam ex Komorsciana summa, debitum inquam 25m Tynfonum persolvi anno 1749 in Januario florenorum Polonicalium 25m Demum anno 1750 in Aprili persolvi florenorum Polonicalium 6666 / gr 20 Et sic totum debitum est extinctum

Onera et Obligationes Collegii

1mo Contributio Autumnalis hujus anni capitalis dicta seu Pogłowne et Hyberna utraq sunt persoluta

2do Contributio debita Provinciæ pro anno 1751 est quoq persoluta.

3tio Ex lapideis census a summis hærentibus seu wyderkafy unicuiq Creditori requirenti solutionem est exsolutus. Pariter et ex prædiis. Aliqui census ex eo persolvendi manent quod non fuerit facta requisitio. Quietationes hac in re habentur in gemino libro: uno in folio et altero in 4to

4to Famulis Collegii juxta illorum contractus salaria sunt ex parte soluta juxta tempus obsequiorum Quantum adhuc unicuiq debeatur edocebunt iidem contractus.

5to Terragium quod solvendum suscepit Collegium facta combinatione cum Civitate Posnaniensi flor. 114 tum ex lapideis, tum ex domibus suburbanis solvi pro omnibus anterioribus annis Pro Anno 1751 debetur ex eo, quod Civitas pro eodem anno non persolverit censum flor. 840. a summa flor. 12m

Melioratio Collegii et Attinentiarum

Stante meo Regimine 1mo In Collegio anterius fundato ad tria cubicula datum est pavimentum ex asseribus. 2do Bibliotheca super Commune Theologorum et Magistrorum Typographiæ ad

ad deponendos Typo impressos libros applicata, quo ad incrustationem, dealbationem pavimentum fenestras ex tota perfecta. 3tio diruta antiqua tertia parte Collegii nova quo ad 4uor Contignationes a fundamento ex solido muro protracta et erecta, data illius facie Templum Parochiale prospiciente D. Magdalenæ. Per transversum juxta eandem faciem posita duarum contignationum nova pars Collegii. In infima contignatione locata Typographia & apotheca. In 2da contignatione vestiaria et duo cubicula Nostrorum habitationi servitura. In 3tia et 4ta Contignatione locus Bibliothecæ destinatus quæ iam testitudinem ex to nondum plene adornatam et pavimentum magna ex parte paratum habet. 4to Demum parte Collegii veteris diruta nova pars duarum contignationum cum Turri in medio a fundamento erecta. Præter Cellarium in infima parte numerat 10 Cubicula et portam Collegii. In 2da contignatione numerat pariter 10 cubicula Fratrum Coadjutorum habitationi servitura. Insuper habetur accessus ad chorum Musicorum et Congregatione Studiosorum. Turris adhuc elevatione indiget.

4to In area majore Collegii exstructæ sunt officinæ in quarum infima parte continentur equilia 5. Unum quodq capax 6 equorum cum omnibus requisitis et commoditatibus. Insuper Depositorium amplum Curruum, et duo minora pro servando pabulo equorum. In superiori parte Granarium pro frumento servando ad braxatorium et locus pro deponendo fæno.

5to ad angulum intra muros Collegii positum receptaculum pro gallinis, anseribus, caponibus &c Tectum imbricibus, in quo ali et tuto conservari possint.

6to Novissime fundatum ex solido muro Braxatorium duarum contignationum cum omnibus suis requisitis fornicibus munitum tum ad coquendam et deponendam cerevisiam, tum ad præparanda et siccanda Brasea. Depositorium Emptoris, Hipocaustum pro Familia. In 2da contignatione Granarium Demum ad latus Templi Depositorium ejus, seu Skarbiec. Tota hujus Fabricæ linea imbricibus est tecta

7mo Hortus proximus Collegio de novo in suas partes dispositus et adornatus, arbusculis ad aliquot centena plantatus. In medio habetur Altana. Ad hunc hortum pons novus accessum è Collegio facit. Circa quem pontem & Portam in muro Collegii excisam Cives Posnanienses aliquid in contra moliri intendebant, quasi hæc apertio Portæ foret in præjudicium Fortalicii. Sed acquieverunt facto accepta a me submissione obstruendæ hujus Portæ in casu obsidionis alicujus vel similis urgentis publicæ necessitatis: sed iterum ad libitum nostrum aperiendæ cessante necessitate. Copia hujus submissionis habetur inter documenta. Dicto horto appositum est Sepimentum novum cum sua porta et clausura.

8vo In Horto majore Refectorium stratum novo pavimento pariter porticus ejus. Cellarium ex solido muro recens structum, quod longe aptior locus sit conservando vino. Præsertim in casum inundationis quæ non infrequenter cellaria Collegii replet aquis.

9no Aperta platea inter Scholas ac Præposituram D. Magdalenæ multo conatu et lite cum Sanctimonialibus D. Benedicti propter commodiorem aditum populi ad novam Collegii portam et ejus prospectum Canalis per longitudinem plateæ ex solido muro datus et ipsa platea lapide strata. Nondum

finita causa Civitatis cum dictis Monialibus ratione præfatæ plateæ. In quam esto iam satis expenderit Collegium Civitas tamen adhuc prætendit donari sibi provisionem retentam unius anni a summa 12^{m} sed non est ratio præstandi hujus beneficii cum Civitas pro decore suæ urbis et suæ plateæ egerit et nondum perfecerit negotium; Collegium quoq; satis tum in dictæ Plateæ restaurationem, tum in ipsam causam expenderit.

10mo Lapideæ pleræq; reparatæ uti qua residet Bursa Musicorum paries de novo structus. In Lapidea Łęckich aula pro Exhibitionibus reparata et adornata. In aliis lapideis Sana tecta fornaces fenestræ datæ &c.

In hanc totam Fabricam Collegii sub tempus Regiminis mei præter victum Aurigarum equorum et reliquum in rebus subsidium, quæ expensa pluribus millibus æstimari deberet, in ipsa parata pecunia expendi flor. 85538 / gr. 8. uti constat ex rationibus Fabricæ.

Status Habitualis Collegii

Per annos 6 Regiminis mei nempe in Anno 1746 aluit Collegium Personas 67. In Anno 1747 Personas 66. In anno 1748 Personas 66. In anno 1749 Personas 62. In anno 1750 Personas 61. Anno 1751 in Annum 1752 Personas 65 alit.

Bona Collegii Illorumq; melioratio

Bona Collegii Hæreditaria eadem inveniuntur quo ad substantiam prout in anterioribus Resignationibus sunt descripta. Circa singula ea hic noto quæ sive meliorationem et reparationem illorum concernunt, sive circa suum præsentem statum informatione indigent.

Bona Jeziorki DEI Gratia cum omnibus suis attinentiis sunt in optimo statu. Litem nullam habent. Melioratio in illis stante meo Regimine hæc facta: 1mo Prædium Jeziorcense integrum in tota sua circumferentia sepibus de ligno solido cinctum et clausum. 2do Braxatorium auctum & magna sui parte de novo structum. 3^{tio} Puteus ex solido lapide fundatus. 4to Lupulus denovo plantatus in cujus Emptionem notabilis expensa fiebat. 5to Subditi in omnibus prædiis horum Bonorum per singulos annos equis ad colendos agros (: ut videre est in rationibus expensarum Procuratoris Pagorum :) aliquot millium pretio emptis sunt provisi. 6to aliquot horrea & domus novæ in singulis pagis pro mansione subditorum extructæ. 7mo In his tribus prædiis tum ex anterioribus annis tum hujus ipsius messis siliginis relinquuntur 1382 sexagenæ in manipulis et jam triturati grani metretæ 300, ut intacta hujus anni messe possint ultra 1000 metretæ vendi.

Bona Siekierki nondum quidem ad eum pervenerunt statum in quo antiquitus fuerant, notabiliter tamen ita sunt meliorata ut iam sint sufficientia pendendis hebdomadariis provisionibus. Melioratio stante meo Regimine hæc facta: 1mo Fossæ expurgatæ per quas defluentibus aquis ab inundatione agri immunes fiunt. 2do Pleriq; agri sterilescentes exculti. 3^{tio} In ipso Pago Siekierki Culina nova, Horreum, Currile, sepes, Altana, domus octo pro subditis de novo extructæ.

Sienowiciis Taberna et unus colonus ex toto fundatus. Wydzierżewiciis Horreum novum, et subditis domus 3 positæ. Nagradowiciis Prædialis domus et equile, novum, horreum novum amplum, granarium reparatum. Colono structa domus nova, ac unus colonus accessit. Krzyżowniciis duobus Kmetonibus duæ domus novæ extructæ. Gowarzewi Ovile fundatum & cum ovibus, Pecuarium restauratum & ampliatum, Domus nova colono facta. Siliginis antiquæ et ex præsentis anni messe in his prædiis relinquuntur sexagenæ 299. His mensibus in pagum Gowarzewo & Nagradowice Deus permisit pestem animalium.

Bona Mechlinensia longe in meliori statu ad præsens inveniuntur. Melioratio facta in Cultura & Fimatione agrorum, fossæ erutæ ad defluxum aquarum; Cotoviense Molendinum reparatum. Domus nova molendinario extructa. Mechlini Taberna nova et domus aliquot pro subditis aereum Molendinum reparatum. Officina ad distillandum Crematum et cum lebetibus fundata propter colonos a Collegio dati equi 8. Horreum novum recenter structum, antiqua reparata: pariter braxatorium. Hortus plantatus. Arborum elaboratarum tantum habetur in parato ut possit nova Residentia haberi pro mansione commodiore Procuratoris et Ejus Socii. Luanis horreum novum structum, domus prædialis reparata officinæ prædiales de novo fundatæ, Ovile amplum novum, Piscina de novo elaborata & puteus novus. Dąbrowæ stabulum pecuarium novum, Ovile a fundamentis reparatum Domus pro subditis novæ tres, Taberna reparata. Caleiis Horreum novum datum, domus tres pro subditis fundatæ. Siliginis antiquæ in omnibus horum bonorum prædiis, et ex hujus anni messe relinquuntur sexagenæ 339.

Bona Piotrow. Hoc prædium longe plus ad præsens fructificat quam in ante. Melioratio hæc in illo facta 1mo Domus prædialis post conflagrationem de novo ferme structa. 2do Officina distillatoria Cremati nova et cum lebetibus. 3^{tio} Horreum novum amplum. 4to Granarium & Molendinum scandulis tectum. 5to Domus 4^{tuor} novæ propter Colonos. 6to Prata & agri exsiccati per expurgationem fossarum satis notabili pretio. 7mo Głuszynæ agri expurgati et à controversia orta inter Celsissimum Epum & Collegium vindicati ex eo quod multis annis sterilescentes, plane a nobis fuerint neglecti. 8vo Capella Gostomiana Srzedæ novo ære tecta foris et intus muri reparati, fenestræ novæ datæ, ac supellex ad Missæ sacrificium pro Capellano. 9no In siligine antiqua et ex messe hujus anni relinquuntur in manipulis sexagenæ 350.

Quæ sint onera & obligationes Pagorum nihil est quod superaddam; tota informatio capienda ex resignationibus Antecessorum meorum. Per omnes annos quidquid persolvendum erat sive in decimis, sive in messalibus, sive in Censibus a summis locatis in bonis nostris adusq; persolutum est habenturq; quietationes. Unica decima pecunialis florenorum 30 non est persoluta pro anno 1751 Parocho Tulcensi quia eam sibi oblatam acceptare noluit, prætendendo auctionem decimæ per novam compositionem ut supra dictum est.

Summæ Censuales

Summæ Censuales.

1ma Summa locata apud Civitatem Posnaniensem 12m. Per annos duos Regiminis mei fructificabat per 7. a cento. Per annos 3 non nisi per 5. Nec induci poterant Cives ut sua novissimæ complanationi initæ anno 1743 cum R.P. Przanowski starent. Actio hac in re intentata in Castro Posnaniensi sed exceperiunt forum; illi Regium apellarunt nos Tribunal. Optimum foret si summa ipsa vindicetur, ne in continua lite et aversione animorum sit Collegium cum Civitate. Pro Anno 1750 census per 5 receptus in calce: pro anno 1751 debet censum integrum.

2da Summa locata apud Civitatem Vschovensem 4m Tynfonum. Penditur census per 5 a 100. Qua diminutione a R.P. Kobielski permissa, jam Civitas induci non potest ut solvat per 7 prout ante solvebat. Summæ quæ sunt locatæ in Synagoga Posnaniensi stante meo Regimine per annos 6 importabant censum per 5 a cento. Et esto R.P. Przanowski ad duos duntaxat annos permiserit diminutionem hanc etiam à summis aliorum Collegiorum uti contractus sonat, induci tamen Synagoga haud potuit ut solveret per 7 sicut ante solvebat. Et quod molestius est eodem contractu susceptum a Collegio onus per 4 ratas per annum extorquendi hujus census a particularibus Judæis, quem antea ipsa Synagoga recipiebat ac Collegio persolvebat. Imo anno præsenti ut non nisi per semiquatuor ad maximum solveret censum Synagoga, quem ultra annum pertinaciter retinuit, intentavit nobis litem in Castro Posnaniensi et nos vicissim. Decretum latum, quo cassata concordia a R.P. Przanowski cum Synagoga facta. Census adjudicatus per 5 movit utraq; pars ad Tribunal. Hac tamen stante motione Synagoga obtulit Syngraphas pro pendenda rata S. Thomæ anni currentis, reliquas anteriores retentas ratas compensatura sensim cum subsequentibus ratis. Quo ad levandas summas datæ sunt citationes ad Judicia in Quadragesima celebranda. Pariter in Tribunali factæ inscriptiones. Ut summas restituat Synagoga est impossibile. Ut autem et summæ legitimentur & stabilis census juridice constituatur est adnitendum.

Synagoga quoq; Vronecensis a summa 8m non nisi per 5. solvit

Jam circa summas olim locatas in bonis Nobilium hæc scienda occurrunt.

1ma Summa 4m olim in bonis Dakowo et Sptawie locata, levata est anno 1745 à R.P. Ryzner protunc ViceRectore. Per annos 3 Regiminis mei sterilescebat in Ærario Collegii. Anno demum 1748 cum Permissu R.P. Provincialis prout habetur in memoriali 5to relicto in Visitatione Collegii per commutationem cum summa Butakoviana inscripta Fabricæ fructificare cæpit Collegio.

2do Summa Naramowsciana 4m de Swiątniki levata, pariter per commutationem cum summa fabricæ Butakoviana, locata apud Synagogam Posnaniensem. Summa autem 2m de iisdem bonis recepta ut pote consumptibilis aggregata est Ærario Collegii.

3tio

3tia Summa 3m ad Collegium pertinens et 2m ad Templum data olim mutuo Mfcis Szczanieccis, ac in Murka et Jelenczewo inscripta, per 30 circiter annos non fructificans, multis actionibus in foro Juridico agitata, et expensis subjecta Tandem anno 1749 in Tribunali Regni ultimo evicta recepta sine ulla provisione & multis in mea absentia, summæ consumptibili utraq; annumerata. 1ma quidem 3.m ut pote ex usuali pecunia Collegii mutuo data. Reliqua vero 2m esto fuerit Templi sed ab eodem in extinctionem debiti a Collegio olim contracti & ordinatione R.P. Provincialis cessa et data.

4ta Summa 7m in Bonis Karcz hærens decreto Tribunalitio una cum provisionibus evicta. In cujus fundamento Illma Palatina Posnaniensis Szołdrska adacta denuo decreto solutionis in Judiciis terrestribus Vschovensibus numeravit dicta 7m nempe 3m collegio et 4m Templo. Hæc 4.m & Provisionis flor 421 Templum dedit Fabricæ Collegii in expunctionem debiti. Pariter de summa sua flor 1100 locata in Lapideo Pogorzelsciana cessit in extinctionem ejusdem debiti. Sed Collegium ex eadem summa recepta Eleemosynæ dedit Templo in laminam protegendis capellis Florenos 3420. Bibliothecæ autem ad ejus ornamenta dedit flr 1000. Unde ex debito Templi quod debebat Collegio & Fabricæ Collegii restant adhuc flr 13052 /gr 4. quos Templum tenetur solvere Fabricæ Collegii.

5ta Summa 2.m Mutuo data Mfco Taczanowski in bonis Matkow inscripta à multis annis neglecta vocata ad jus in Castro Posnaniensi ut pote in suo Foro. Pars movit ad Tribunal mense Decembri anni elapsi stetit Decretum solutionis dictæ summæ in Vigilia Nativitatis S. Joannis Babtistæ anni hujus coram actis Castrensibus Posnaniensibus. Jam est levata.

6ta Summa 3m annotata in informatione a R.P. Przanowski quasi ex censu a Summa Strzemesciana fuerit collecta, et in bonis Broniszowice locata una cum aliis 5m a Collegio Posnaniensi receptis. Sed Provincia evicit hanc summam 8m fuisse capitalem Strzemescianam adeoq; ad se pertinentem. Quare residua 3m fecit sui juris. Collegium autem quietavit de præfatis 8.m.

7mam Summam flr 1000 a Virgine Gliniecka donatam Mfcq Gorzenski persolvit flr 500. cesserunt Templo; flor 500 cesserunt Collegio.

8va Summa Fabricæ Collegii novi 10m apud Synagogam Posnaniensem locata & a Per Illmi Butakowska in Fabricam transfusa ut pote exponibilis ex voluntate inscribentis, quia levari non potuit ob inopiam Synagogæ. 8m sunt transfusa in Collegium relictis adhuc 2m. penes fabricam cum permissu R.P. Provincialis. Et in locum illorum levata 4m de bonis Dakowo; et alia 4m levata de Bonis Swiątniki expensa in Fabricam. Uti habetur in rationibus Collegii Fabricæ.

Reliquæ summæ sive Collegium sive Templum sive Bursam Musicorum ac Præfecturas bonæ Mortis et Cordis JESU concernentes sunt in eodem statu, uti et ante. Unde Informatio ex anterioribus resignationibus de illis capienda.

De Summa

De Summa Cordis JESU 4m quam Templum expenderat in suam Fabricam Noto quod tandem anno 1749 eandem Templum restituerit. P. autem Præfectus Congregationis Cordis JESU eam locaverit apud Perillustrem Capitaneam Powidensem in censum per 7. pendendum. Sed census jam ad 5 contrahitur.

Novissimè 1mo Sub meo Regimine accessit summa Collegio 40m et Templo alia 40m Sicut et Provinciæ 20m. Inscripta anno 1747 actis Kcynensibus. Anno autem 1749 roborata ab Illustrissima Radzewska Succameraria Posnaniensi. Intromissio in Bona Stępuchowo Koziełsko etc. in quibus est inscriptio jure reemptitio seu na wyderkaff facta et admissa. Hæc summa fructificare cœpit in et pro anno 1748 in 9num post Fata Illmi Succamerarii Radzewski per medium ipsius 7 seu a dimidio summæ per 7 justa submissionem a Nobis datam. Omnia documenta concernentia hanc summam habentur in Archivo.

2do Accesserunt Templo 3m inscripta anno 1749 actis Posnaniensibus ab Illma Koźmińska Palatina Calissiensi et locata apud Synagogam Swarzendzensem pro anniversario sui mariti.

3tio Accesserunt Templo 10m inscripta anno 1750 actis Castrensibus Posnaniensibus ab Illmâ Zakrzewska Castellana Calissiensi hærentq apud Synagogam Posnaniensem. Cujus summæ 7m cedere debent pro Lamina ærea ad tegendam Capellam S. Josephi. 3m pro Anniversario suæ Matris quotannis celebrando

4to Illmus Radzewski Succamerarius Posnaniensis super lapidea Czarnkowska dicta inscripsit testamento 12m pro Præceptore Linguæ Gallicæ. Cujus testamenti oblata habetur in actis Valcensibus. Super eadem lapidea habuit quoq Collegium antiqui debiti jure evicti 3m, sed dicuntur esse cassata cum omnibus aliis Spiritualibus summis per edictum Romanum.

Ex Fundatione Congregationis Cordis JESU justa ordinationem R. P. Provincialis inscriptam libro Ejusdem Congregationis accesserunt Collegio fl. 200 quotannis pendendi pro pane et vino ad Missæ Sacrificia & apponendo vino Patribus Veteranis Feriis illis 6tis, Quæ sunt propria Festivitati Cordis JESU.

Templum

Sub tempus Regiminis mei in ipso Templo accesserunt. 1mo Marmorizatio Altarium S. Michaëlis et S. Aloisii ac de novo excitata duo minora S. Borgiæ et S. Francisci Regis. 2do Confessionalia 4tuor. 3tio Scamna omnia de novo. 4to Chorus Musicorum ex toto Marmorizatus & deauratus. Organa in illo restaurata, ac ea pars Templi quæ sub choro continetur una cum columnis marmorizata imaginibusq adornata. 5to in Utroq choro secundæ navis Templi fenestræ de novo datæ & deauratæ. 6to Facies Templi renovata & adornata. 7mo Capellæ omnes quæ respiciunt Collegium ære tectæ. In expensam Collegium Eleemosynæ contribuit flor. 3420 8vo In Sacrario casulæ plures et cætera supellex numerosa et pretiosa accessit ex dono Illmæ Radzewska Succameraria Posnaniensis Illmæ Zakrzewska Castellanæ Calissiensis Missæ Swinarskiæ &c. Illustrissima Radzewska Succameraria manu sua et impensis elegantissimum Tabernaculum novum perficit. 9no Ex liberalitate Illustrissimæ Jaraczewska Castellanæ Landensis accessit Tabernaculum 18m æstimatum. Reliqua distinctius annotata sunt in Elencho Templi.

Adalbertus Bystrzonowski mp.

Sebastianus Chomentowski mp

Resignatio Officii Rectoris Collegii Posnaniensis Societatis JESU, facta à R.P. Sebastiano Chomentowski R.P. Josepho Domaradzki Anno 1755 Die 26ta Julii

Status Actualis Collegii

In parata pecunia relinquuntur

In Erario Collegii computando unum quemque aureum nummum flor. 18 sic enim ab Antecessore meo accepi et ex omnibus censibus aureos etiam exigui pon: deris accipere debui, alias nihil accepissem	f.	58202
In Erario Fabricæ Collegii quæ fere in solo subsidio Collegii subsistit	f.	1
Apud Procuratorem Jeziorcensem	f.	5181 - 17
Apud Procuratorem Siekiercensem	f.	664
Apud Procuratorem Mechlinensem	f.	79 - 28
Apud Procuratorem Piotroviensem	f.	115 - 13
Apud P. Præfectum Typographiæ	f.	264 - 26
Apud Apothecarium	f.	34 - 6
Summa relictorum in parata pecunia	**f.**	**64642 - 24**

Quod vero minus relinquatur in Erario Collegii, quàm relictum fuerit ab Antecessore meo, ratio est, quia ex voluntate A.R.P. Nostri data sunt in mutuum Collegio Lublinensi 24 mill. Et in Elemosinam fl. 1800. Tum quia census retenti imo et me concernentes, itemq debita, ~~quæ~~ nullatenus recipi potuerunt. Tum quia in fabricam, expensas litis, corroborationemq resignationis Bonorum Mechlin notabilis summa est erogata ut patet ex rationibus expensarum. Tum quia ex prædiis pro frumento, lana, vervecibus, minus est perceptum quam ante. Ac tandem quia plures Personas aluit Collegium.

Deceserunt in auro notabiliter non pondero flor 3095.

In Censibus retentis a Summis Collegii relinquuntur

1mo	Apud Synagogam Posnaniensem à Summa 98250 florenorum ipsius Collegii, reliquit R.P. Antecessor meus 4 ratas, nempe fl. 4948 gr. 6. sol. 2. Ex quibus vindicavi tantum 180 florenos, adeoq restant fl. 4768 gr. 6 sol. 2. Jam vero per meum tempus tres ratæ, nempe S. Thomæ in Anno 1754to Paschatis et S. Joannis in Anno 1755. faciunt flor. 3711 gr. 5. Præterea fabricæ Collegii debet Synagoga 4 ratas sub tempore antecessoris mei, et tres sub meum nempe fl. 175: pro una rata numerando fl. 25, a duobus millibus. Manent itaq retenti census	f.	8654 - 11 - 2
2do	à Summa duorum millium in Sapowice per medium pro Ao 1755 in crastino S. Joannis	f.	70
3tio	à Summa flor. 1500 in Kiszewo locata pro anno 1754 et 1755 per medium	fl.	105
4to	à Summa 250 floren. apud Mariszkie Judæum Posnan. pro anno 1754 et 1755	f.	36
5to	In Censibus ex fundis elocatis idest ex lapideis et domibus suburbanis apud varios juxta contractus quos relinquo, pro tempore mei regiminis restant	f.	594
6to	Apud Cauponarium in Topialka census annui ex agris et pratis. Sed persolvet ad finem anni sui possessionis, nempe p Festo S. Martini.	f.	120
7mo	Apud Congregationem Cordis JESU religiosam pro Ao 1753 fl. 6. Et pro duobus annis sequentibus fl. 400 juxta Ordinationem R.P. Josephi Domaradzki pro tunc Provincialis.		406
	Summa relictorum in Censibus	**fl.**	**9985 - 11 - 2**

In Debitis relinquuntur

1mo	In reparationem conflagrati Collegii Lublinensis per manus R.P. Provincialis cujus manu subscripta charta obligatoria extat in Archivo et duæ Epistolæ Adm. R.P. Nostri id demandantis, data sunt mutuo	f.	24000
2do	Apud varios juxta seorsivas chartas et elenchum a factore conscriptum dati in commutationem	f.	1500 - 26
3tio	Apud Procuratorem Mechlinensem ut patet ex rationibus mensis Maji anni moderni 1755	f.	1322 - 20
4to	Apud Nicolaum Semitt coctorem laterum supra laborem accepti ut patet ex contractu per laborem compensandi vel reddendi	f.	271 - 3
5to	Juxta resignationem Antecessoris mei apud Templum Nostrum, a quo, stante meo regimine nihil accepi, antiqui debiti	f.	13052 - 4
6to	Juxta eandem resignationem et Syngrapham apud Samuelem Isaac Judæum factorem Collegii, a quo nihil accepi, quia propter obsequia sua multum nobis fructificantia, (propter quæ sub Antecessore meo est depauperatus:) meretur dissimulationem	f.	3150
7mo	Juxta eandem Resignationem et Syngrapham, Moyses Wolff Judæus debebat flor. 306 ex quibus vindicavi fl. 72. Proinde adhuc debet	f.	234
8vo	Apud Provinciam et varia Domicilia ratione vecturæ et Viaticorum nec non expensarum in dimissionem P. Sumowski quam non Posnaniæ promeruit, juxta seorsive conscriptum elenchum	f.	1800 - 7 - 1
9no	Apud Residentiam Valcensem pro Terragio 1755	f.	6
	Summa relictorum in Debitis	**f.**	**45428 - 1**

Insuper relinquuntur in Debitis apud Cauponarios Prædiorum pro cerevisia juxta rationes Perceptarum Procuratorum.

Jeziorciis pro doliis 163	f.	1630
Siekierciis pro doliis 70	f.	700
Mechlini pro doliis 75	f.	750
Piotrovii pro doliis 6 et apud præteritum Cauponarium pro doliis 20	f.	260
Simul	**f.**	**3340**

Collegium vero per gratiam DEI nulla tam in ante quam nunc contraxit debita præter illa, ad quæ persolvenda nondum habuit tempus commodum. Debet itaq Provinciæ nomine contributionis pro anno 1755. fl. 360. Variis Domiciliis pro Vecturis et viaticis fl. 1363 gr. 4. sol. 2. Pro P. Historico pro uno anno fl. 15. Pro P. Procuratore Petricoviensi pro annis 4. fl. 120 gr. et ad nonnullas Ecclesias censum parvum ex lapideis, nondum hoc anno requisitum

In Rebus Vendibilibus relinquuntur

1mo	Lana ovium præterito vere tonsarum æstimabilis circiter fl.	fl.	3000
2do	Verveces anni 4ti Jeziorciis no 66. Siekierciis no 52. Mechlini no 11. Piotrovii no 67. qui per 6 florenos venditi efficient fl.		1146
	Butyri Piotrovii tunnæ 5 fl. 90		90
	Simul	**f.**	**4236**

In rebus consumptibilibus relinquunt

In omnibus prædiis siligo et aliud granum ac Brasea ad minimum fl. 12000

In Cellariis

1mo Vini Hungarici dolia 10. Vini Hungarici minora vasa alias Antałkowe 42 — 4140
2do Vini Gallici dolia magna vulgo oksofow 6 et mediet. " " fl. 1260
3tio Mulsi veteris dolia tria. Recentioris dolia 10 " " " fl. 780
4to Cerevisiæ dolia 16 " " " " " " fl. 96

Simul fl. 6276

In Dispensa et aliis asservatoriis illi necessariis

Præter ordinariam mensis et hebdomadæ provisionem: Salis dolia 23 fl. 360 Chaleum dolium et 4ta pars fl. 30. Piperis lapides 3 et quadrans fl. 150. Zinziberi lapides 3. et medi fl. 54. Amygdalorum lapid. 2 fl. 60 Uvarum passarum majorum lap. 2 et medio fl. 34 Uvarum passarum minorum lapides duo fl. 34. Ficuum vas stramineum fl. 22. Saccari in 10 Conti[illegible] lapides 3 fl. 120. Oryzæ lap. 5 fl. 63. Farinæ Saccari lapid. 2. fl. 38 Olei Olivarum lap. 2 fl. 48 Syropi semi duo vasa flor. ad minimum 25. Croci libra 1 fl. 54 Cynamomi tres quadrans fl. 14. Floris muscati Libr. 1 fl. 26 Nucum muscatarum libr. 1 fl. 14. Cariofilorum libr. 1 et medi fl. 45. Piperis Anglici lib. 5 fl. 18 Cardimonii quadrans 1 fl. 6. Foliorum lauri lib. 3 fl. 3 gr. 15 Corticum citri lib. 1 Succi prunorum vas fusum fl. 90 Sevi pro candelis lap. 8 fl. 104 Piscium emptorum sexagenæ plures quam 50 immissæ piscinis Piotroviensi et stagno Gowarzoviensi fl. 500. In pomis citri, capparis, fructu olivarum, libo tormentino fl. 30

Simul fl. 1942 15

In Culina et Pistrina

Relinquit supellex sufficientissima tam stannea quam ærea bene reparata juxta elenchum officinarum istarum.

Præterea relinquunt ligna sufficientia his officinis imo et Braxatorio fornacibus cubiculorum usque ad futuram defluitationem æstimabilia fl. ad minimum " " 1500.
Præter illa quæ habent pro Conviclu in quatuor sexagenis non scissis æstimabilibus fl. " " 250.

Simul 1750

In Macello

Supellex hujus officinæ habet in suo seorsivo Elencho. Relinquunt Boves Niekierciis 11 et Mechlini 3 In Collegio 4. Constant florenis " 1080
Porci qui saginant in Collegio 4. fl. 64 " " " 64.

Simul fl. 1144

In Braxatorio

Supellex hujus officinæ habet in suo seorsivo Elencho Relinquunt autem Brasceorum ex Tritico metreta 66 fl. 660 Ex hordeo metreta 164 fl. 1312 Lupuli plusquam duo currus minores constant fl. 260

Simul fl. 2232

In Refectorio Collegii et Suburbano

Relinquit copiosa et sufficiens supellex utrique necessaria, quæ habet in suo Elencho.

In Vestiaria

Præter res usuales conscriptas in suo Elencho relinquunt nondum in usum data neque conscissa. Nempe Panni pro togis cubiti 30 fl. 156 Pro tibialibus cubiti 24 fl. 60 Telæ lineæ volumina minora 150 fl. 900. Telæ Hollandicæ 2 Volumina fl. 38. Telæ pro mappis cubiti 103 fl. 130 Pro mappulis cubiti 96 fl. 50. Pro mantilibus cubiti 576 fl. 192. Telæ crassæ volumina 50 fl. 120 Castores 15 fl. 100 In pellibus variis et coriis bovinis Vitulinis tam purgatis quam nondum purgatis ad minimum fl. 550 — Simul fl. 2290

In Officina Fabrica

Relinquunt vasa, instrumenta, et alia requisita ad illam. Item 5 fornaces calcis ante duos annos in foveam missæ maceratæ fl. 360 Laterum coctorum circiter 15000. fl. 450 " " " " Simul fl. 810

In aliis Officinis nempe Typographia, Apotheca, Lotoria, Ferraria, Horto suburbano, Arcularia, Laterificina et stabulo relinquunt omnia juxta seorsivum cujusvis Officinæ Elenchum.

Deposita

1mum est Palatinatuum Posnaniensis et Calissiensis valde periculosum et onerosum Collegio, præcipue sub tempus hostilitatis. Quantum illud sit ignoratur. Optimum esset, si ab illo liberemur; sed modus non suppetit, ob defectum Comitiolorum boni ordinis, quæ quovis Anno evanescunt. Sub tempus Regiminis nihil circa hoc depositum actum est; præter tam personalem, quam literalem recursum multorum, metuentium gratis, ne extradat alicui Magnatum bona sua securitatis gratia offerenti. Videantur hoc in puncto reflexiones Antecessorum meorum.

2dum Aureorum 20 Residentiæ Mederecensis ad mentem memorialis 2di Anno 1749 relicti a R.P. Provinciali. Per tempus mei regiminis nihil accrevit huic deposito propter inopiam Residentiæ non sufficientis alere suas Personas.

3tium Charissimi Joannis Bruzynski. Quid in illo continetur ignotum, quia non vacabat introspicere.

Cubiculum Rectoris

Continet illud, ultra necessariam supellectilem. Iconem Crucifixi ex Ebore appensam parieti alteram ex aurichalco mensæ superstantem. Imagines Bssmæ et Sanctorum præstantiores 8. Libros tam ad officium Rectoris spectantes, quam alios complures. Horologium mensale cum repetitionibus; clepsidram quadripartitam, cistam lagenariam cum lagenis stanneis 12. et alias tres cum vitreis. Repositorium pro, et cum aromatibus. Manuscripta V.P. Gasparis Druzbicki &c Item R.P. Chinczy, et aliorum.

Archivum Documentorum, et Lites.

Hoc archivum ex Cubiculo Rectoris translatum est ad cubiculum Procuratoris Causarum, ut ad manum illud habens, possit in debito conservare ordine, sciendo scire, complenda complere.

De litibus quæ agitari deberent, nondum tamen agitantur videatur informatio R.P. Antecessoris mei in 2da resignatione sub Titulo Archivum Documentorum, et in resignatione R.P. Mathiæ Przanowski. Ego illas non inchoavi, tum quia sufficientia non habui documenta; tum quia, durantibus antiquioribus, nec securum, nec conveniens videbatur inchoare novas.

Lites vero quæ ad præsens agitant[ur] sunt sequentes

1ma Cum Mag[nifi]co D[omi]no Dobrzycki ratione bonorum Mechlin, Dąbrowa, Lisiny, Kalcie, Kotowo, quorum hæreditatem vult nobis eripere idem Dominus, sed tria jam Decreta Tribunalis Regni asseruerant eam nobis, et consequenter tanquam legitimis hæredibus injunxerunt dislimitationem cum Bonis Łażek præfati Domini Dobrzycki, quibus omnibus contravenit, remissumq[ue] est negotium iterum ad Regni Tribunal. Videat[ur] amplior informatio in Historia Collegii.

Huic liti connexa est simulq[ue] agitari solebat tam in Tribunali quam in Condescensionibus lis cum Mag[nifi]co D[omi]no Stephano Janowski, ratione granitierum inter nostrum Kotowo et illius Sroczewo, iamq[ue] videt[ur] esse finita, scopulisq[ue] granitiales erecti; sed recrudescente Litigio inter illum & D[omi]n[u]m Dobrzycki ratione granitierum, et pariter D[omi]ni Dobrzycki contra Collegium, metuendum est, ne res pro infecta habeat[ur]. Videat[ur] de hac re Historia Collegii.

2da lis est cum Conventu Posnaniensi P.P. Dominicanorum, ratione granitierum inter Pagum nostrum Kicin, et illorum Bylszewo. Jam habet[ur] Decretum condescensionis, quæ captato opportuno tempore expedienda est.

3tia Cum Conventu Posnaniensi Monialium S. Benedicti ratione appropriationis nostri fundi in Suburbio S. Martini. Nondum causa hæc ad judicandum venit in Judiciis Terrestribus Posnaniensibus.

4ta Videt[ur] esse finita cum D[omi]no Bardzki possessore Bonorum Regalium, ratione violentiarum subditis nostris illatarum, supra quo ternam (ut ajunt) condemnationem in Tribunali Regni lucratum est Collegium. Non descendit tamen ad faciendam vi illarum traditionem proporcionati proventus, tum propter difficultates quæ sequerent[ur], tum ut præfatum D[omi]n[u]m Bardzki sub malleo et metu habendo; sua fruat[ur] tranquillitate, quam alias non haberet.

5ta Cum Hæredibus et Possessoribus Chłapowa, ratione flor. 500 et totidem provisionis, atq[ue] adjudicatorum Bursæ nostræ, quæ per traditionem accepit unum subditum, et certam portionem agrorum ac pratorum; sed nondum lis finita est.

6ta Cum Per Ill[ustri] D[omi]no Szczaniecki Vice Prefecto Stabuli Regni ratione summæ 1053 florenorum et provisionis per 10 annos Templo Nostro debitæ.

7ma Cum Synagoga Posnaniensi, super qua in Judiciis Terrestribus Posnaniensibus, illa ipsa procurante, stetit Decretum potioritatis, et assignata condescensio Ejusdem Judicii, in ordine ad Liquidanda jura creditorum, conscribendos proventus Synagogæ, ac tandem determinandum provisionis quantum. Sed quoniam Condescensio hæc nullo fundamento innixa, imo contra leges Regni decisa, visa est favorabilis Synagogæ, multumq[ue] periculosa creditoribus, ex eo quia intendebat omnes summas facere illevabiles, provisionemq[ue] ab illis assignare pro suo arbitrio, post levi brachio examinatos proventus Synagogæ, idcirco positæ sunt prosecutiones ad Tribunal Regni tam Judicio, quam Synagogæ, quibus tamen non attentis, duplex jam agitabat[ur] cadentia Condescensionis, et subsecuta limitatio ad feriam 2dam post Jacobi. Quid tandem fiet videbit[ur]. Nunc apparet, quod sub tractum hujus Litigii nihil provisionis solvat Synagoga.

Lites vero ratione decimarum ex villis Towarzewo & Nagradowice jam sunt sopitæ per compositionem officiose approbatam. Pariterq[ue] ratione summæ 2.millium locatæ in Malkow, conclusa, summaq[ue] jam recepta, et alibi locata, ut habet[ur] in historia Collegii, et infra de summis censualibus.

Melioratio Collegii & Attinentiarum

1mo Turris supra portam Collegii ab ipso tecto, subiecta partis Collegii, eleganti opere in altum ducta, ferreis quercinisq[ue] fibulis firmata, duplicisq[ue] contignationis pinnaculo, seu prælato ligneo tegumento artificiose exornata. Indiget autem lamina tegi, ne imbrium injuriis, & tecti & muri corrumpantur.

2do In Bibliotheca nova ad illius internum decorem multa sat eleganter et sumptuose facta sunt, sed ulterius perfici consummariq[ue] desiderant.

3tio In Secundaria Collegii area ultimo imposita manus labori circa Officinas, depositorium Templi, reparationem muri, cui connectunt[ur] prædictæ Officinæ.

4to Aliquoties reparatum notabiliter tectum supra Bibliothecam novam, et partem Collegii ab utroq[ue] latere adjacentem turri, imo propter arcendam violentiam congelatorum nivium de tecto Templi decidentium, in uno angulo Collegii, quo jungit[ur] Templo, data est (tegularum argillacearum loco) lamina ferrea stanno dealbata.

5to In Lapideis ad Collegium spectantibus, pariterque Domibus Suburbanis multa reparata, quæ reparatione indigebant.

6to In Horto suburbano sepimenta lignea majori ex parte sunt renovata, piscinaq[ue] secundum rei indigentiam reparatæ. In hæc omnia expendit Collegium ut paret ex rationibus expensarum fl. 26212

Melioratio Templi

Facta est notabilis tum in laminis æreis superinductis tecto Sacellorum ex parte Epistolæ, tum in aliis multis, quæ accesserunt pretiosa æque ac speciosa, suntq[ue] conscripta in Novissimo Templi Elencho.

Onera & Obligationes Collegii

Præter ordinarias aliorum Collegiorum, nempe Contributionem Provinciæ, et pro P. Procuratore causarum Petricoviæ, atq[ue] Historico Provinciæ tenet[ur] Collegium Posnaniense quotannis 1mo ex Lapideis nostris certos census persolvere quibusdam Ecclesiis. Quanti vero illi sint habet[ur] informatio in libro quietationum. 2do juxta combinationem factam inter R.P. Przanowski et Civitatem Posnaniensem debet eidem Civitati Collegium tribuere flor. 114 titulo onerum quæ lapideas et fundos nostros afficere deberent. Solvit quidem Collegium flor. 120. sed a Residentia Valcensi repetit sex, siquidem hos numerat pro lapidea illius. 3tio Decimæ et non nullæ pensiones quæ ex Pagis nostris debentur, à Charissimis Procuratoribus solvuntur. Similiter dicendum de militari pensione dicta Poglowne et Hyberna, in Majum & Septembrem incidente, quæ a colonis nostris contribuit[ur]. Ne autem illi per exactionem Militum vexent[ur], solet Collegium anticipative ex suo Ærario debitum quantum deponere apud Exactores, illudq[ue] repetere à Procuratoribus. Habent[ur] duo quietationum libri.

Status Habitualis

Status hic consistens in 3bus suis portionibus, nempe in Pagis; Lapideis, fundisq[ue] Civitati adjacentibus, ac tandem summis censualibus parum discrepat a præterito.

Pagi & Prædia illorumq[ue] Melioratio

Sunt omnino eadem, quæ fuerant sub Antecessore meo, possidentq[ue] in pace & tranquillitate, exceptis Bonis Mechlinensibus, de quibus lis est nondum finita. Status illorum in quo ad præsens conspiciunt[ur] est ex gratia Divina satis bonus, tam quo ad ædificia, quam quo ad agrorum culturam, Colonorum et pecudum sufficientiam. Melioratio per meum triennium facta, habet[ur] annotata in libro cujusvis Procuratoris, pariterq[ue] elenchus pecorum et rei familiaris. Obligationes autem, ad quas tenent[ur] Procuratores, exacte conscriptæ sunt in resignatione R.P. Przanowski, et libello parvo, qui est in Cubiculo Rectoris, et apud quemlibet Procuratorem.

Lapidea & Fundi Suburbani

Post destinatas futuro Convictui ex voluntate A.R.P. Nostri lapideas scholis vicinas, ex quibus annuum censum circiter mille florenorum amisit Collegium, restant in possessione illius sequentes. 1ma adjuncta Templo nostro dicta Plesnieviciana. 2da Pogorzelskich, per vacuam aream, seu potius dirutam lapideam ad nos spectantem disjuncta a Bursa Musicorum. 3tia Rybskich, posita a tergo Bursæ, quam nunc inhabitat Dnus Bowinski annuo contractu conductam. Præterea habet Collegium officiosam intromissionem in partem lapideæ Dni Hintz Civis Posnaniensis, quam idem Dnus hæres annuo contractu tenet a collegio, solvitq fl. 50 tanquam censum a summa hærente in præfata sorte.

Fundi suburbani & Domus in illis erectæ sunt in eodem statu, in quo fuerunt sub antecessoribus meis incipiendo à R.P. Przanowski. Quare in ejus resignatione videat ampla de illis informatio, et in complanatione ejusdem cum Civitate Posnaniensi. Contractus cum annuis possessoribus factos relinquo, in quoq (quod superius scripsi:) de uno fundorum istorum inchoatam esse litem cum Conventu Posnaniensi Monialium S. Benedicti.

Summa Censuales Collegii

Amplissima de illis exstat informatio in resignationibus tam R.P. Mathiæ Przanowski quam R.P. Adalberti Bystrzonowski; quare supervacaneum esse censeo, exacte scripta repetere, sed commoditatis gratia breviter recenseo omnes summas capitales in præsentiarum Collegio servientes, ut facilius conspiciat mutatio quæ intercessit.

1ma itaq summa est 40 mil fl. Polonic per Illmam Sophiam Radzewska Succamerariam Posnan. inscripta Collegio Aō Dni 1747. census ab illa solvit per medium. Informatio videat in resignatione R.P. Bystrzonowski. Pro hoc anno censum solvit.

2da 12 mil fl. Poloni locata apud Illmam Barbaram de Lipskie Kuztecka Castellanam Landensem feria 2da post festum S. Jacobi 1754. Provisio inscripta est per 5 a cento, amputata omni detruncatione. Summa hæc coaluit ex 10 mil a civitate Posnan. & 2m ex villa Natkow levatis. Proinde.

3tia Summa est 2 mil apud Civitatem Posnaniens. locata, seu reluta ex duodecim millibus in ante hærentibus, inscriptaq de novo in Vigilia S. Laurentii Anno Domini 1753. Census ab illa designatus per sex efficit fl 120 quos Collegium dat eidem Civitati titulo onerum seu prætensionum, quas Civitas ad lapideas fundosq nostros semper formabat. Advertendum hic quod juxta complanationem R.P. Przanowski cum Civitate, suscepit Collegium obligationem, titulo onerum seu terragii, quotannis solvere fl. 116 solvit autem fl. 120, sex enim pendit pro lapidea Residentiæ Valcensis, repetendos ab eadem.

4ta Summa 5 mil flor Polon. locata in Branice, Bonis ad præsens Illmi Branicki Palatini Cracovien. Exercituum Ducis magni. A multis annis census solvit per medium efficitq fl. 175. Pro hoc anno est solutus.

5ta Summa fl. 2 mil. locata in Strykow & Sapowice. Census ab illa solvi solitus per medium efficit flor 70. Pro hoc anno non est solutus. Cura illius recipiendi demandat Procuratori Jeziorcensi, in cujus manibus est quietatio a me data pro anno præsenti.

6ta Summa est flor Pol. 1500 locata in Kiszewo Bonis nunc existentibus in possessione Mfcæ Dnæ Trąpczynska, quæ pro duobus annis retinuit censum, licet is per medium datus solitus efficiat pro utroq anno fl. 105 duntaxat.

7ma est florent Polon. 18 mil. et Tymfoni 4 mil. apud Synagogam Lesnensem a qua in annum quatuor ratis venit census. Porro in unam ratam veniunt fl. 414 gr 14 Ex quibus Collegio debent fl. 344 gr 14. Templo Nostro fl. 43 gr 22 et medius. Bursæ musicorum fl. 26 gros: 7 et medius. Videat de hac re informatio in resignatione R.P. P. Przanowski. Onus recipiendi censum gratiosissime suscepit MDnus Plesniewicz Notarius Cameræ Regiæ & Reipublicæ, cui semper scribendæ sunt commendatoriæ, et anticipative mittenda quietatio propter Synagogam, ac tandem pro remissis gratiarum actio, illi pro testimonio inservitura. Pro hoc anno reddita est ultima rata incidens in festum S. Joannis.

8va est 8 mil flor Polon apud Synagogam Vronecensem, a qua census per 5 efficit fl. 400. dariq solet duabus ratis, una S. Joani Baptistæ altera Epiphaniæ. Reddita est rata S. Joannis anni præsentis.

9na Summa fl. 98250 ipsius Collegii et 2000 fabricæ Collegii apud Synagogam Posnaniens. Hæc summa variis temporibus et ad varias Syngraphas est data. Informatio circa illam habet amplissima in resignatione R.P. Przanowski. Census, post defalcationem a R.P. Przanowski ad duos annos concessam, hucusq solvebat per 5, ita tamen ut sub tempus R.P. Antecessoris mei 4 ratæ, et sub meum tres retentæ sint. Retentas provisiones omnino vult sibi condonari infidelis Synagoga, imo in posterum diminui censum usq ad semiquatuor, allegando suam insufficientiam ad solvendum juxta inscriptiones. A me nihil horum evicit, sed R.P. Successor habebit multas molestias, præcipue sub tempus, quod mox instat, Condescensionis (: de qua vide sub titulo Archivum & Lites:) agitandæ, et compositionis faciendæ ad instantiam Illmi Palatini Posnan.

10ma Summa est 4m tymfonum locata apud Civitatem Vschovensem. Census ab illa solvitq per 5. circa festum S. Joann. Baptistæ. Item solutus et pro hoc anno in moneta argentea.

11ma Summa est fl 250 in lapidea Judæorum Maryszkie, à qua census in annum proveniens est fl. 18. sed pro duobus annis est retentus. in lapidea Dni Hintz

Tandem deberet poni summa 12ma flor 1000. sed jam illam annotavi inter lapideas.

Summæ de quibus litigandum est, videant in resignationibus RR.P.P. Przanowski et Bystrzonowski.

Sebastianus Chomentowski. Josephus Domaradzki S. J.

Resignatio Officii Rectoris Collegii Posnaniensis Societatis JESU à RP Josepho Domaradzki RP Ladislao Wietrzynski Anno Dni 1758 Die 8 Septembris.

Status Actualis Collegii

In parata pecunia relinquuntur.

In ærario Collegii, computando unumquemq aureum fl. 18; Sic enim "etiam minimos" a RP Antecessore meo accepi in notabili quantitate (vix enim aliquot decades boni ponderis relicti sunt) et ex omnibus censibus, aureos pariter minimi ponderis admittere coactus sum, alioqui nihil percepissem.

Relinquo — — — — — " — — — " — — — " — —	fl.	21515 — 2
In ærario Fabricæ nitentis soli subsidio Collegii — — — —	fl.	161.
Apud C. Curatorem Jeziorecensem — — — — — — —	fl.	2402 " 27.
Apud C. Curatorem Siekiercensem — — — — — — —	fl.	1578 " 2.
Apud C. Curatorem Mechlinensem — — — — — — —	fl.	126.
Apud C. Curatorem Piotroviensem — — — — — — —	fl.	133 gr 6
Apud P. Præfectum Typographiæ — — — — — — —	fl.	497 — 27
Apud C. Apothecarium — — — — — — — — —	fl.	13 " 18.

Summa relictorum in parata pecunia — — — — fl. 26427 " 22

Quod vero minus sit residuum in paratis, quam fuerit relictum à RP Decessore meo, ratio est non una. Ig. hoc triennium fuit sterile, seu per continuos imbres, seu per siccitatem aëris, seu per latam grandinem in Debina segetibus vaste prostratis, seu per contagionem pecoris in Siekierki. Ig. pro contractis injuste debitis per Jacobum Huklinski, ejectum è Societate, Curatorem Mechlinensem soluta sunt plusquam 6000. Ig. in reformationem lapidearum pro convictu, et in supplementum egestatis quis ab initio dati sunt fl. 10000. in super ex reformatis lapideis ducabus prorsus census desiit toto triennio. Præterea ad ferendam opem insufficienti eidem convictui, additus est census annuus per triennium ex Ptia lapidea Scholis contigua. Ig. Collegium ex suo deposito Summam 3000 ad Summam ~~[illegible]~~ 12000 superaddidit, et supercistam laniorum Synagogæ elocavit. Ig. in Tribunalitias lites, (ad quas duobus annis Petricoviam excurrendum fuit) cum Mo Dobrzycki, in condescensionem Mechlinensem, ac in honoraria Judicibus, et Iurisperitis erogata fl. 10000. Ig. in caminum cupream, et ærifabrum circa turrim Collegii expensa sunt supra 20000. Ig. census sunt retenti, de quibus infra, et præsertim à Synagoga Posnaniensi per biennium. Quare in extraordinarias necessitates expendi Summam 43000 fl. non computando debita Huklinski dimissi per me exsoluta.

Relinquo præterea in rebus ad meum tempus regiminis pertinentibus vendendis, In vellere ex tonsis ovibus collecto Jeziorecii, Mechlini, Piotrovi ad minimum æstimabili circiter fl. 6000. In vini præstantis doliis 4 minoribus, vulgo antalibus (pro quibus singulis Roza Hungarus offerebat mihi aureos 30 et dolium vini majus 20 aureis æstimatum fl. 2160. In siligine parata in Collegio ad vendendum, mensura quavis fl. 15 juxta forense modernum pretium, valente fl. 375

Summa relictorum in rebus — fl. — — 8535.

In Censibus retentis à Summis Collegii relinquuntur.

A Summa originali Collegii 86250, Fabricæ 10000. qui et quales debentur! informat Resignatio RP Chomentowski Nro 1. Porro Summæ hæ specificantur in Contractu Collegii cum Synagoga inito 1757 et Actis Grenz Posnaniens 1758 Feria 2da post Dnicam Ramis Palmarum roborato: habenturq in seorsiva tabella. a Summis prædictis ambabus, censum per 5 à cento computando provenit in annum Summa provisionalis 4812 gr 15. Stante meo regimine, per biennium integrum nihil percepit Collegium. Nunc primum à festo S. Michaëlis 1757 Summæ istæ fructificare cœperunt.

Ut fons censuum apud Synagogam Posnaniensem stabilis haberetur, à Summis Collegii et Fabricæ, Templi, nec non aliorum Collegiorum et Residentiarum; per Contractum (de quo paulo superius) recepta est juridice per Collegium Posnaniense nomine suo, et Provinciæ, ac Collegiorum tum Residentiarum in possessionem, laniorum Synagogæ cista vulgo Kuttlett dicta, quæ pridem obligata fuit Mis Swinarskie, debebanturq iisdem ex proventu cistæ adhuc fl. 15000. Quare Collegium ad integrum jus cistæ habendum, Summam 12000 fl. ab Illma Kwilecka Castellana Landensi levatam (de qua RP Chomentowski sub Summis censualibus Nro 2) additis insuper ex ærario 3000 fl. numeravit Mis Swinarskie prævia in rem Collegii transfusione: eoq modo possessionem cistæ adiit. Habet itaq nunc Collegium apud Synagogam Posnaniensem Summam totalem 111250. a qua in singulos annos census venit per 5 à cento computando fl. 5562 gr 15. Ego à festo S. Michaelis percepi 3546 gr 10 quare adhuc repetendi sunt fl. 2016 gr. 5

2do à Summa 1500 in Bonis Kiszewo locata ex relictis fl. 105 nihil recepit Collegium. Cæterum Ego quoq per triennium nullum censum accepi. quare manent 157 gr 15

Simul vero — — — — — — — — — — — — — — — — — 262 — 15

3tio apud Judaeum Manuszkie relictus à RP Antecessore manet recipiendus — — — 36.
4to Ex lapideis et domibus elocatis juxta contractus manent retenti fl. — — — 540.
5to Apud Judaeos Vroncenses rata pro festo S. Joannis — — — 200.
6to In Bonis Sapowice — — — 70

Summa retentorum — — — 3124 – 20

In Debitis relinquuntur.

1mo Apud Collegium Lublinense concessa Summa 24000 fl. haeret integra — — 24000
2do Ex relictis 1500 fl. gr. 26. recepti sunt fl. 715 gr. 10. quare restant vindicandi fl. 785 – 16
Insuper apud varios juxta chartam apud P. Ministrum relictam — — — 2238 – 22
3tio Pro vecturis et viaticis, apud Provinciam Minoris Poloniae, et illius Collegia ultra Summam, quam debet Collegium Posnaniense iisdem et ipsi Provinciae, manent adhuc — — — 1051 gr. 23

Debita sub nro 3tio, 4to. posita ab Antecessore meo deperdita sunt.
Sub nro 5to, 6to, 7mo manent integra
4to Residentia Valcensis ratione Terragii ultra 6 fl. ab Antecessore meo relictos pro toto triennio meo per 6 florenos pendendos in annum debet florenos 18 quare debet — — — 24
5to Apud P. Plotnicki in Provincia Minoris Poloniae — — — 156.

Summa Debitorum relictorum — — — 28256 – 1

In Summam hanc non computantur debita sub nro 5. 6. 7. posita a RP Antecessore meo.
Collegium praeter Contributionem Anni praesentis Provinciam concernentem nullum contraxit debitum. et nihil cuipiam debet.

Officinae

In his quae et quanta supellex est! edocent earum Inventaria
In cubiculo RP Provincialis accessit mensa nova et fores novae. in cubiculo RP Rectoris pariter accessit mensa affabre elaborata

Deposita.

Depositum, de quo sub hoc titulo RP Antecessor nro 1. Palatinatuum Posnaniensis et Calissiensis, à pluribus annis haerens, Collegio et Bonis illius onerosum et perniciosum, per eosdem Palatinatus receptum est. Intendebant equidem praedicti Palatinatus provisiones ab hac Summa a nobis recepta collectas, denuo in Collegio deponere, sed felici industria, onus hoc et periculum vitatum est.
Depositum Residentiae Mederecensis, de quo RP Chomentowski nro 2. in integro sub sigillis relinquitur.

Lites Collegii

Hae per Dei gratiam, magna ex parte finitae sunt. Causa cum Mco Dobrycki onerosa Collegio, magnis impensis in aliquot Tribunalibus Petricoviae, in fundo ratione limitum per Annos plurimos agitata, tandem 1757. suum effectum sortita est. Quietatio de omni processu mutua subsecuta, Scopuli limites Bonorum Collegii Kotowo et Mechlin, à Bonis Czrek et Zag Mci Dobrycki distinguentes erecti. Decretum Condescensionis habetur in Archivo Documentorum.
Negotium quoque cum PP Dominicanis ratione limitum inter bona Hozle et Ruszewo per Succamerarium Wschovensem Illrem Twarzynski p. d. terminatum est Scopulis erectis. Decretum habetur in Archivo. Cum bonis vicinis appromissa est per haeredes finienda quoque ratione fundorum controversia. Quare convenienda essent, et per inducendum Camerarium granitialem lis concludenda.
Pluribus annis ratione pratorum inter bona Collegii Wydzierzewice, et bona Drek Dnorum Stablewskich, haereditaria, habita fuerat controversia, plures etiam violentiae attentatae et factae. negotium hoc per complanationem finitum est.
Cum Synagoga Posnaniensi negotium, de quo RP Chomentowski sub nro 7 de Litibus, per contractum sopitum est. Obtinuit Collegium super eadem Synagoga in Judiciis Tribunalitiis condemnationem, de qua eandem Synagogam nondum liberum fecit. Id factum est, ut Judaei sint sub processu
Aliae lites, de quibus RP Antecessor, in eodem statu sunt. In causis Burzae Regeni lucratus est Decreta bina, unum cum Mcis Gurowskie, alterum cum Illri Lipska. Castrono metatrice.
Stante meo regimine à Dno Chmielinski intentata est actio, ad Judicia Terrestria Posnaniensia Costeni celebrari solita, ratione debiti per dimissum è Societate Kachlinski contracti, cum ageret Curatorem Mechlini. Exiguum quidem illud est, sed causa extra Palatinatum et Districtum evocata, illi Costeni attendendum.
A RD Chodzewski dimissus non ita pridem è Societate JESU, ex Rectoratu Collegii per Decretum Consistoriale Posnaniense adactus est ad restitutionem equorum et Equorum, quos inique usurpaverat, et apud se detinuerat. Citavit ille Collegium ad idem Officium Consistoriale pro alimentis sibi providendis et titulo ulterioris vitae in fundamento Synodi Provincialis Lubiensianae. Causa haec obstantibus Bullis et privilegiis Societatis remissa est ad Tribunal Sacrae Nuntiaturae, negotium commendatum est P. Procuratori Varsaviensi

Onera et obligationes Collegii.

De his videatur Resignatio RP Pranowski. Adverto, quod cum ex lapideis Collegii debeatur census altaribus, xenodochiis, Curatores altarium et xenodochiorum in illo repetendo pluribus annis sileant, ex eo, quia annuatim exiguus debeatur. Ego, ut exstant Syngraphae, pro pluribus annis retentos census exsolvi. Censeo, ut onera haec minuta deportentur praevio decreto Consistoriali, et sic liberetur Collegium.

Melioratio Collegii et attinentium.

Turris supra portam Collegii erectæ murus ex integro ~~elaboratus~~ [tinctus et dealbatus.], superficies lignea eiusdem media parte ære tecta

Lapideæ ad formam convictus Studiosorum in meliorem ordinem redactæ, in cujus subsidium permissus est ad triennium proventus ex lapidea eidem convictui contigua.

Status Habitualis

Hic in nullo mutatus est.

Pagi et melioratio prædiorum.

In his, tam in prædiis, quàm apud colonos, quæ sint inventaria! qualis supellex! libri CC. Curatorum informant. quæ stante regimine meo reparata et exstructa sunt, annoto.

Piotrovi. Aula vetus in horto, proxima ruinæ, solidè instaurata: sacello domestico tectum, et ornamenta ad intra provisa. Piscinæ tres eruderatæ, aliæ expurgatæ. casæ binæ novæ colonis erectæ.

Mechlini Braxatorium novum actu consummatur. Prata potiori ex parte fossis circumducta, et dumetis purgata.

Kotovi Taberna ad molendinum pro commodo advenientium nova erecta. In aliis villis aliquot casæ colonis exstructæ.

Siekierniis Duæ casæ novæ inquilinis ædificatæ.

Povarzevi Stabulum pro pecoribus reparatum, et locus pro lacticiniis conservandis cum tecto provisus.

Wydzierzeviciis Mola ad conficienda brasea noviter exstructa, et casa colono cum duobus hipocaustis noviter ædificata.

Nagratkoviciis. Granarium ex fundamentis instauratum.

Teriorviis Taberna cum stabulo perfectè exstructa, et casa una. Bielaviis Hollodium unum novum, et alterum restauratum. Zemscii Pro inquilinis casæ novæ sex, Piekariis, tres, Januszeviciis duæ, Stupiæ una et taberna absq stabulo. Kozli casæ sex novæ ædificatæ

Dębina medietas stabuli pro pecoribus nova erecta.

Summæ Censuales Collegii

Antiquis nulla accessit. de his videatur Resignatio RP Antecessoris et Superiorum Rectorum.

Templum.

Hoc non exiguum habet detrimentum in suo decore per lapsum ~~magn~~ partis tholi eleganti penicillo adornati. Accessit eidem summa 15000 fl. per Illmam Mariannam Zakrzewska Castellanam Calissiensem Actis Grodz Posnag A 1757 Feria 3tia post festum Omnium Sanctorum proximâ inscripta, nunc primum post sera fata eiusdem Illmæ fructificatura. Ladislaus Wierzyński SJ

Josephus Domaradzki S.J.

Resignatio Officii Rectoris Collegii Posnaniensis Societatis JESU facta à R. P. Ladislao Wietrzynski R. P. Francisco Kozminski Anno Domini 176[illegible]. Mense

Status actualis Collegii

	fl.	gr.
In ærario Collegii relinquit Summa consumptibilis florenorum Polonicalium		
Nempe in specie aureis nummis 724 ½ Ludovis 5	13191	
In Tynfonibus tam novis quam antiquis	20843	26
In Rublonibus et Imperialibus ab ... N. 263 ½	2108.	
In Taleris Hollandicis 50 ½ à Tinfon. 7.	447	23.
~~In Taleris Gallicis~~		
Biflorenis Brandeburgicis	2066.	
Florenis Prussicis et mediis fl.	953.	
Cruцigeris vulgo Kraycary		
Bonis grossis	3628.	18.
Moneta Rossiaca	143	12.
In ære seu Solidis et grossis	9044	8.
Summa facit	60425	25

In ærario Villarum et Officinarum

	fl.	gr.
Apud Procuratorem Jeziorensem fl.	5810	15.
Apud Procuratorem Sielecoensem fl.	5762	7
Apud Procuratorem Mechlinensem fl.	1273	6
Apud Procuratorem Piotrowiensem fl.	151	16
Apud Præfectum Typographiæ fl.	7898	1.
Apud Apothecarium fl.	859	6
Summa facit	21754	21
Summa relictorum in parata pecunia	82180	16.

In censibus retentis à Summis relinquuntur

		fl.	gr.
1,	A Summa 1500 fl. Poll. in Kiszewo locata relinquuntur pro annis duobus regiminis R. P. Chomętowski fl. 105: pro annis tribus regiminis R. P. Domaradzki fl. 157 gr. 15: pariter pro toto triennio meo fl. 157 gr. 15 Summa facit	420	10
2.	A Summa locata in Synagoga Lesnensi pro 2. Rat.	665	
3	A Summa locata in Wronke pro 3 Ratis	600	
4	A Summa in Sapowice pro anno 176[illegible]	70	
5.	A Summa locata in Lapidea Hinizowska fl. 1200 debebant singulis annis pendi 50 fl. Sed quoniam pupilli, relicti à morte Dni Hinicz sub tempus præsentis revolutionis ad notabilem paupertatem devenerunt ita ut cogerentur Lapideam suam vendere condonati sunt ipsis retenti census, et Summa per Syngrapham reversalem 1200 fl. assecurata et subscripta manu R. D. Hinicz heredi[illegible] in Lapidea		

Relinquuntur in debitis passivis

1mo	Apud P. Plotnicki Provinciæ Poloniæ ex debito annotato per immediatum Antecessorem meum R. P. Domaradzki relinquuntur fl. 48.	84	
2.	Apud varia Collegia et Residentias pro reditibus [illegible]		
3tio	Apud Residentiam Valcensem 1mo fl. 19. quos tu Residentia dicta solvit hoc Anno Collegium in sustentationem Procuratoris Varsaviensis 2do pro terragio annorum 7. numerando in annum fl. 6 Debet fl. 42. Simul	Sispit. ... [illegible] 61	Per R. P. Superiorem expunctum 1765 à 24 Julii 14
4to	Apud Residentiam Lanciciensem fl. ut patet ex annotato in ejus Superioris charta quæ habetur	33	
5to	Apud Congregationem Cordis JESU		

Porro Summa quam debuit Templum Collegio ut patet ex Resignationibus meorum Antecessorum, partim jam est stante meo regimine exsoluta à Templo ut patet ex Rationibus Collegii, partim cum annutu et approbatione R. P. Francisci Kozminski tunc Provincialis Majoris Poloniæ nunc autem æstimatissimi mei Successoris immediati in regimen Collegii hujus condonata est à me. Unde Templum nil amplius debet Collegio ex summa annotata a Prædecessoribus meis.

Item Collegium Lublinense ex summa mutuo data a R. P. Chomętowski in reparationem conflagrati Templi Lublinensis, nil amplius debet Collegio Posnaniensi. Debitum enim hoc quod erat 24000 sic dispositum et extinctum est. 7000 condonavit Collegio Lublinensi A. R. P. N. ni fallor Laurentius Ricci. Reliqua 17000 quæ supererant à summa cessere in extinctionem partialis debiti summæ Strzemesciana quod olim contraxerat Collegium Posnaniense in sui fabricam apud Provinciam. Reliqua debita ex commutatione monetæ contracta et annotata ab Antecessore meo immediato R. P. Domaradzki in parte persoluta sunt Collegio, ut patet ex rationibus Collegii, in parte perierunt ad ultimam ruinam per calamitatem præsentis temporis redactis debitoribus

In debitis activis

Debebat Collegium ex Summa Strzemesciana 25000 fl. Poll. Provinciæ nostræ contracta olim in fabricam Collegii. Hoc debitum tali modo à me extinctum est. 17000 quæ debebat Collegium Lublinense Collegio Posnaniensi cessi Provinciæ. Ex ærario autem Collegii numeravi in manus R. P. Francisci Kozminski

tunc Provincialis Majoris Poloniae 8000 quae addita superiori summae 17000 fl. efficiunt debitam olim man. 25000 sicque totum debitum persolutum est et de persoluto habetur Syngrapha manu R. P. Francisci Kotmin- ski protunc Provincialis exarata, adeoq Collegium Posnaniense nil amplius debet. Provinciae praeter censum annui unius videlicet fl. — 360

Obligationes ex Lapideis et Pagis

Ex Lapideis omnes obligationes usque ad Octobrem 1761 persolutae sunt.
Ex Pagis contributiones capitales pro prima Rata Lusi anni Martiali, porro contributione hyemales pro Septembri Rata nondum persoluta sunt. Pro Secunda autem Rata S. Martini Bona Gorzycki, Nekierki et Rotwa solverunt Contributiones Capitales

Relinquitur in Rebus

In Vindemiis
Relinquitur Jezyrinis et Mechlini tota lana autumnalis, Mechlini insuper relinquitur lana agnellorum vulgo Jarlyczka.
Jeziernis omnes pecora relinquuntur aliquid tris pro quibus P. Procurator dati in hebdomadarum[?] . . . solvit pecuniam Collegio pro num- quo anno numerando fl. 5

In Comestibilibus et aliis

In Cellario

Vini Hungarici dolia plusquam sex Antalia — 4. 1/2
Vini Gallici Pischta — 8. 1/2 Antale veteris vini propter infirmos
Mulsi antiqui dolia Semiduo
Recentis dolia — 5. excita 1.
Cerevisiae dolia

In Aromatibus

Piperis Libra — medium dolium
Zinziberis Libra medium dolium
Uvarum passarum Libra 25
Sacari Libra in Decem Conis 96
Nucum muscata libra — 2.
Floris muscatae libra — 1 1/4
Amygdalinum lapides — 7
Pultium Norimbergensium libra — 5.
Cynamomi libra — 2. 1/4
Oriza lapides — 5.

Garophilorum libra — 1
Foliorum palmae vas unum vitreum — 1
Croci Libra — 1
Poma Citri
Nucum Oliva salitarum
Capparorum
Ficuum Italicarum Sexagenae — 25

In Dispensa

Salis Lapides — 7.
Candelarum Sexagenae — 32.
Farina medii — Modii — 8
Pultium Modii quarta — 2
Salis Bochnensis tunna et media
Ordinarii tunna

In Braxatorio

Brasiorum ex hordeo metreta — 40
Ex Tritico metreta — 25
Hordei nondum elaborati metreta — 65
Tritici metreta 3
Supellex Braxatorii quae sit patet ex Elencho a me subscripto
Lupulorum currus magnus bene integer

In Refectorio Collegii

Relinquitur supellex sufficientissima in Mappis Mappulis Cochlearibus et Canthari numero . . . omnes recenter hoc anno cum suis Suppositis stanneis in optimam formam sunt transfusi et signati. Insuper quatuor tabulae novae extamine sunt comparatae ex quibus duo datae sunt ad Infirmariam. Reliqua supellex constat ex Elencho Refectorii

In Refectorio Suburbano

Hoc Refectorium cum tota sua supellectile partim devastatum est per Aquilonares hospites partim ex occasione profugii in tumultuaria translatione ejusdem supellectilis deperiit cum horto majori.

In Vestiaria

Relinquuntur omnia ad sufficientiam ut constat ex Elencho seu a me subscripto. Tria vasa Smegmatis et 30 Cubiti panni nigri pro Tibialibus

In Culina et Pistoria singulorum Cubitos 20
Albae pro Collaribus 25
Relinquitur supellex sufficientissima per me aucta nova de . . . vasis Conductis Cracovia ut patet ex Elencho et rationibus Collegii pro signis conducendis . . . fl. 63 gr. 10

In Stabulo

Relinquuntur equi 4. ad Rhedam R. P. Rectoris cum omnibus suis apparamentis non pridem comparatis. Item alii equi 8. ad usum fol. Sogii. Rheda una, currus ad usum nostrorum anno elapso emptus et. Reliqua supellex quae sit docet Elenchus subscriptus

In Macello

Relinquuntur boves conservati Nekierciis 5 Rotwae 4 In Collegio 2 et supellex pernecessaria hinc Officinae Mechlini X.

In Ferraria

Relinquitur supellex propria juxta Elenchum subscriptum a me Ferri Sueciae Sabonis 20. et . . . sexagena clavorum 9 Solea nova

In Typographia

Hæc officina annô elapsô translata est in aream rusticam Collegii addita fornice loco reservatorii propter commoditatem officinæ. Quæ illius sit supellex, quam habet Bibliothecam ac libros in ea repositos patet ex Elencho istius officinæ.

In Apotheca

Supellex species medicamentorum & reliqua necessaria facile intelliguntur ex Elencho hujus Officinæ.

Archivum et lites

Archivum Collegii translatum est ab Antecessoribus meis in conclave Cubiculi P. Procuratoris Causarum Collegii & habet propria reservatoria pro Conservatione munimentorum.

Lites stante meo regimine sequentes habuit Collegium.

1mo Cum Mgco Dnô Chmielinski ratione debiti per Kuklinski dimissum olim Procuratorem Mechlinensem contracti. Sed hæc lis est sopita totaliter & debitum persolutum.

2do Cum Mgco Dnô Brunikowski Hærede in villa Olerow: hic Magnus dederat nobis citationem ratione resectionis prati per Subditos Kurlinenses prædii Dzbina à Moschis ad eandem sectionem compulsos. Sed hæc etiam lis amicabiliter est à me composita & de citatione præfata quietatum est Collegium.

3tio Cum Pllti Mgco Dnô Colonello Krzyzanowski: data fuit ab illo nobis citatio cum aresto subditi Dzbiniensis: quasi hic complex fuisset furti à famulo transfugæ ejus Mgco Dnô causati. Sed benevolentia Pllis Colonelli relatio hujus citationis non est recognita & subditus innocenter infamatus à suis vicinis, immunis agnitus est et pronunciatus.

4to Cum Civitate Posnaniensi: Hæc urbs dederat nobis mandatum ad judicia possessoria ratione Fabricæ Scholarum quatenus ab hac supersedeamus. Sed causa hæc vix cœpit agitari Varsaviæ coram Illmo Cancellario Regni, interventu & interpositione Illmi Swidzinski Castellani Posnaniensis nobis amicissimi illico interrupta est & in aliud tempus rejecta ad recognoscendum ex eo Ammo quod Illmus Castellanus sua benevolentia intuleret delationem Civitatis non esse penitus certam. Ubi quod etsi certa esset Fabrica tamen Scholarum Posnaniensium, quia in usum est juventutis Polonæ meretur benignam sententiam Illmi Cancellarii. Interea scriptum est ad P. Procuratorem Provinciæ Varsaviensem ut omni cura invigilaret huic causæ ne cum damno nostro succumbat

Lis cum Civitate

Melioratio Collegii & attinentium

1mo Turris supra portam in suprema sui parte contecta est tegulis ligneis ut residuum tegatur sufficientissimus numerus tegularum præparatus & repositus est in Camera prope gradus ducentes è Collegio ad chorum Musicorum. Lignifaber etiam juxta contractum jam magnam partem pecuniæ accepit & tenetur ad opus consummandum novit illum peroptime P. Ortinski Procurator Mechlinensis.

2do Horologium novum elegans ac solidum cum perpendiculo Anglicano factum manu Danielis Butler Horologiarii Gedanensis emptum circiter 3000 florenorum Pol. conductum Gedanô & ab eodem Dnô Daniele præsente repositum est in Turri supra portam addita pro conservatione ejusdem camera item propter faciliorem ascensum additis gradibus cum manubriis. Cymbala tamen & introducta sunt in Turrim supra horologium antiqua sunt et reliqua à destructo horologio antiquo.

3tio Canali lapide stratus in Area Collegii ad facilius et honestius recipiendam tum è tectis Collegii deciduam aquam tum à fonte profluentem in subterranea loca per Canales ligneos recenter comparatos.

4to Refectorium cum suo atrio est renovatum pictum ac imaginibus repræsentantibus puncta vitæ Christi loco accommodata item stemmatibus Fundatorum exornatum.

5to In area rustica pro commodo Collegii equorum ac cæterorum animalium erutus est novus puteus & eleganter cinctus ac coopertus, & ut facilius posset attrahi aqua addita est fontinella vulgo pompa.

6to In eadem area erectum est novum & grande reservatorium continens 4 cameras pro piscibus conservandis. Porro reservatorium hoc provisum est januis et claustris ac aqua ducta.

7mo Scholæ publicæ in elegantiorem formam redactæ gradibus commodissimis sub quercinis instructæ, notabili ex parte à fundamentis erectæ et contectæ.

8vo In horto majori suburbano antequam per Aquilonares desolatus fuisset erecta est è solido muro officina pro floribus & arboribus extraordinariis vulgo dicta Oranżeria & magna ex parte contecta, nunc per milites Rossos conversa est in stabulum equorum.

9no In Cubiculo R.P. Provincialis datum est pavimentum novum ex tabulis quernis quadratis ante caminum marmoreis, sella oblongior tecta panno viridi desuper statuario opere elaborata cum pulvino vulgo Kanapa dicta. Item pannus novus viridis ad tegendam mensam. In Cubiculo R.P. Rectoris omnia reperiuntur quæ annotavit immediatus antecessor meus excepto quod imagines Crucifixi & S. Aloysii et Kostkæ restitutæ sunt Gazophylacio Templi cujus erant & in eorum locum repositæ sunt Icones Fundatrium Posnaniensis & Calissiensis Collegii nec non imago amicissimi Sodalitatis ac Protectoris singularis nostræ Religionis Stephani Czarnieski Palatini Kioviensis.

10mo In Cubiculo penultimo Cunctoris, ubi est Cubiculum R.P. Rectoris versus Orientem apertum est Conclave cum sua janua & claustro ac pro commodo librorum factum est novum armarium ac inferius conservatoria cum claustris.

11mo Horologium Crucifixi dream deauratum dono mihi oblatum à Perilli Cajetano Iwański Castellanida Brestensi Cujav. bene reparatum relinquo in Cubiculo R.P. Rectoris Col. Max. Posn.

Deposita

1mum Illmæ Fundatricis de Czarnkowskis Radzewska summa mensariæ Posn.

2dum Illmæ singularis Benefactricis Provinciæ ac Templi Posnaniensis Marianna de Wysogotis Zakrzewska Castellanæ Calissiensis

3tium Convictus pro Fabrica ejusdem condam 3000 oblati ab Illma De Rademicicis Zołdroska Palatina Inowladislaviensis Generali Majoris Poloniæ quæ etiam liberali benignitate sua appromisit se daturam in eandem fabricam alia 3000 quod ut certius esset dedit Syngrapham assecurationis sua manu scriptam & subscriptam.

4tum Residentiæ Mederecensis quæ juxta ordinationem Romanam debet singulis annis ad certum tempus deponere in Collegio 80 aureos nummos in specie. Pater Turno Superior Mederecensis stante suo regimine in defectu ut dicebat auri deposuit tantum in argento 180 fl. Pol. florenis Prussiis vulgo Szostakami

Status habitualis Collegii

Per annos tres et aliquot menses regiminis mei aluit Collegium: nempe anno 1mo aluit Personas 69. Anno 2do Personas 73. ultimo anno Personas 81.

Summæ censuales Collegii et Templi

1ma Summa occurrit 40000 fl. Poll per Illmam Sophiam de Czarnkowskie Radzewska Succameranam Posnaniensem inscripta Collegio anno Dni 1747. Hæc summa reddita est ab Illma in manus meas per P. Franciscum Rzepnicki anno 1760 mense Aprili ac est conversa in deputandas summas Collegiorum Cracoviensis et Petricoviensis hærentes in Synagoga Posnan. ex magnum vero inferentes incommodum Collegio nostro in recipiendo censu à dictis summis: est autem conversa sic.

Collegium Petricoviense habuit Templi sui summam quatuordecim millium duo 14000 fl. Poll apud Synagogam Posnan. Iudæorum locatam. hanc annuente R. P. Provinciali Francisco Kozminski per P. Franciscum Rzepnicki ex supradicta 40000 summa, Collegio Petricoviensi pro re Templi exsolvi: jam vero R. P. Antonius Boguslawski tum Rector Collegii Petricoviensis suo et Templi nomine summam 14000 fl. Poll in Synagoga Posnan. hærentem Collegio Posnaniensi pleno jure cessit ut edocet ejus Syngrapha manualis quam relinquo.

Habuit præterea Collegium Cracoviense S. Petri apud eandem Synagogam Posnaniensem summam elocatam 26713 fl. Poll gr. 10 ita Poll. Summam hanc additis ex ærario Collegii 713 fl. Poll et assibus 10 per eundem P. Franciscum Rzepnicki præsente tunc R. P. Provinciali Francisco Kozminski, R. Patri Andreæ Zgrzynski Rectori Collegii Cracov. S. Petri numeravi, et R. P. Andreas Zgrzynski Rector summam Collegii sui 26713 fl. Poll. gr. 10 in Synagoga Posn. olim Collegio Cracoviensi inscriptam ac locatam, Collegio Posnaniensi eadem cum pleno jure cessit ut pariter edocet ejusdem Syngrapha. Quare Collegium Posnan. præter summas alias de quibus est sufficiens informatio in Resignationibus R. P. Mathiæ Ozanowski, R. P. Adalberti Bystrzonowski, R. P. Chometowski, habet in Synagoga Posnaniensi summas jure quæsito à Collegiis Petricoviensi et Cracoviensi S. Petri efficientes summam 40713 fl. Poll gr. 10. Hæc tamen transactio inter Collegia nostra inita cum sit ignota Iudæis, illis non est manifestanda.

2da Altera summa 40000 fl. Poll Templi Posnaniensis ab Illma Radzewska Succamerana Posnaniensi levata ac in manus P. Raphaelis Krzyzanecki tunc Præfecti Templi Posnaniensis data locata est et inscripta modo obligatorio in Bonis Radosil apud Perillem Mgcum Dnum Andream Radolinski Succamerandum Wschowensem, et rigore contractus obligatorii abinscriptionis ad bona eadem Radosil accepta est à Collegio Posnaniensi pro re Templi sui juridica intromissio præsente P. Simone Skrzniarski Superiore Residentiæ Valcensis specialiter ad hoc delegato Plenipotente Collegii Posnaniensis, et coram actis Valcensibus recognita. Bonorum horum possessioni non insistit Collegium, sed eadem Bona contractu arendatorio dimisit Perilli Mgco Dno Radolinski Heredi, prædictusque vero Mgcus Dnus Hæres tenetur quotannis numerare summam proventualem 2000 fl. Poll Templo Posnaniensi et jam pro uno anno circa festum S. Joannis Baptistæ anni currentis 1761 dictam summam proventualem 2000 exnumeravit documenta omnia ad summam hanc Templi habent apud P. Præfectum Templi Nostri.

De reliquis summis censualibus tam Collegii quam Templi habetur sufficiens informatio tum ex supra nominatis Prædecessoribus meis in regimine Collegii Posnan., tum ex informatione immediati Antecessoris mei R. P. Josephi Domaradzki

Pagi et prædia

Stante meo regimine omnes Pagi nostri plurimum passi sunt a milite Aquilonari, super reliquos bona Jeziorcensia, specialiter prædium Dębina cum pagis Krzesłowice et Kuzle. Damna hæc, hic enumerare longum esset, ut tamen de iis habeatur sufficiens notitia, conscripti sunt duo Elenchi, manu mea subscripti; unus missus est Toruniam P. Samueli Sulierzewski ad hoc negotium Plenipotentiario Collegii Nostri præsentandus cum aliis quietationibus Rossorum, Commissioni delegatæ ab Aula Peterburgica et Varsaviensi ad recognoscenda omnia damna specialiter illata Palatinatibus Majoris Poloniæ, eaque resarcienda: alter Elenchus itidem manu mea subscriptus relinquitur in Archivo Collegii: ubi etiam annotantur ea damna, quæ tulerimus in Posnaniensibus domibus, ac Officinis suburbanis.

Jam quantum ad aliquam inter tantas calamitates oppressiones et ruinas meliorationem.

In Bonis Jeziorki

Bielawis Nova stabula ædificata sunt pro pecoribus

Zemsciis Una domus constructa est propter Kmetonem aliæ tres propter simplices subditos vulgo dictos Chałupniky

Pilkanis Una domus nova posita est propter Kmetonem.

In Bonis Miechlin

Dębowie constructa est domus nova pro Lignifabro

Luciniis erectum est novum reservatorium pro piscibus seu piscina.

Kaleis ædificatum est novum horreum, pro aliis domibus ædificandis præparata sunt ligna secta vulgo bale numero 360 tegularium quercinarum sexagenæ 100. Item Miechlini nova supellex videlicet armaria duo, arca major una sellæ 6. machina vulgo magiel ad poliendum carbasum molendinum alatum notabiliter reparatum est. Item Octo vaccæ coemptæ sunt.

In bonis Piotrowo

Piotrowii Tabernæ impositum est novum tectum, fores, et fenestræ, ac pavimentum. In braxatorio vas grande ad præparanda brasia, lebetes novi. Item in molendino alato axis ad rotam et ipsa rota nova. Item stabulum novum pro pecoribus

In Bonis Sielec[?]

Sielecinis Templum a fundamentis erectum est novum ac eleganter depictum sumptibus C. Stanislai Sieniuti[?]; quod præter alias expensas in leguminibus et cerevisia ac materialibus ligneis quæ conducta sunt ex Sylva Miechlinensi constat florenorum millibus plusquam sex. Nagradowicis Domus et ædificata.

Major melioratio nullatenus fieri poterat propter continuos fluxus et refluxus militis Aquilonaris

Ladislaus Wietrzynski SS mp Franciscus Kozminski SJ mpp

Resignatio Officii Rectoris Collegii Posnaniensis Societatis JESU à R.P. Francisco Koźminski R.P. Michaëli Orłowski anno 1766 Die 7. Septembris.

Status Collegii Actualis.

In Ærario Collegii summa pertinentis ad consumptionem relinquuntur aurei in specie N^ro 2737. si computentur fl. Poll. 18 faciunt summam — — fl. 49266.

In Taleris Moschoviticis Ruble dictis N^ro. 60 si computentur fl. 9. faciunt fl. 540.

Penes P. Procuratorem in moneta deteriore. fl. 88:24

In ti[illegible] Auspiciis — fl. 185

In Ærario Prædiorum. Ex hac Summa spectant ad rationes fabricæ fl. 79:21

In Jeziorki et Dębina — — — — 4273:7

In Siekierki — — — — 1900:6

In Mechlin — — — —

In Piotrowo — — — — 70:21.

In Ærario Officinarum

In Typographia — — — 2828:20

In Apotheca — — — 2692:4

Penes Dispensatorem ex divenditis porcis, ossibus — 76:7

Penes Cellarium ex distractis fecibus cerevisiæ aliquid

Penes Emptorem cineres in copia vendendi.

Penes Curatorem hortorum. — — — 10

In Censibus repetendis qui sunt in præsens retenti.

A summis Collegii locatis in Synagoga Posnaniensi pro annis præteritis juxta calculationem, quæ est penes P. Ministrum retenti census restant reddendi fl. 19114 " 10.

A summa 2000 fl. locata in Sapowice census medius cadens in Junium anni 1766 fl. — — — 140.

A summa 5000 fl. locata in Branice census cadens in Junium 1766 — — — 175.

A summa 5000 Imp. locata in oppido Zduny seu fl. 6333 " 10. item a summa 3000 fl. ibidem locata census cadens in Julium 1766 fl. — — — 466 " 20.
præter censum 200 fl. pro Bibliotheca et censum 50 fl. pro Templo.

A summa 8000 locata in Vronecensis Oppidi Synagoga Judaica pro annis præteritis census debiti ex conventione cum iisdem facta anno 1764 die 22 Februarii (est documentum penes P. Ministrum) restant reddendi fl. — — — 700.

A Summa 1500 fl. locata in Kiszewo pro annis 2 regiminis R.P. Chomentowski fl. — — — 105.

Pro annis 3 R.P. Domaradzki fl. — — — 157 " 15.

Pro annis 3 R.P. Wietrzynski fl. — — — 157 " 15.

Pro annis 5 prope R.P. Koźminski fl. — — — 262 " 15.

Simul fl. 682 " 15.

In Debitis passivis ea annotanda recurrunt, quæ sub eodem titulo annotantur in Resignatione R.P. Wietrzynski, præter Residentiam Valcensem, cujus negotium est sopitum.

Præterea à Provincia restitui debent, quæ 1766 expensa sunt in rem vestiariam Metaphysicorum sex expeditorum ad Collegia, et P. Roberti Puerin ad 3tiam Probationem (est calculatio penes P. Ministrum) fl. — — — 1068 " 10.

Item 1765 expensi in Vectorem P. Skrzynecki Cracoviam tanquam Socii R.P. Provincialis fl. 75 et viatici dati fl. 14. Simul fl. — — — 89.

Ad 3nam [illegible] penes varia Collegia pro vecturis viaticis Collegio restituendis expuadis o[illegible] expensis in similia Restant — — — 783-29.

In Rebus relinquuntur.

In Cellariis.

Vini Hungarici Antalia. conservata in Cellario Collegii ab annis 10. — 2

Dolia. integra. vini recentioris — — 5

Vini Gallici ordinarii dolia majora vulgo Oxechty poltoraczne N^ro 7 seu ordinariæ oxechtæ semi — — — 11.

Item dolia ordinaria in fecibus Hungaricis integra — — — 2.

Antale antiqui vini pro infirmis — — — 1.

Mulsi antiqui annorum 4, oxechta — — — 1.

Anni unius dolia integra — — — 2.

Cum vino Hungarico, Gallico, mulso dolia, quæ sunt inchoata, non computantur.

Hydromellis crudi vasa 6 ollarum restant — — — 5.

Olei olivarum vas, vulgo ankierka circiter medium. — —

Syrupi vas inchoatum. — — 1

In Aromatibus.

Saccari dicti Kanar Coni 4, libræ — — — 43.

Rafinat Coni 3 libræ — — — 31.

Melis Coni 3 libræ — — — 34.

Piperis Libræ — — — 32

Zinziberis Libræ — — — 42.

Uvarum passarum jorum Libræ — — — 60.

Minorum Libræ — — — 35.

Oryzæ Libræ — — — 100.

Croci prope Libræ — — — 2.

Macis Libra — — — 1.

Nucis miristicæ Libræ — — — 4

Cariophili Libræ — — — 3

Cinnamomi Libra — — — 1.

Nucum Italicarum modius — — — 1.

Prunorum siccatorum medius modius — — — 1

Pirorum siccatorum modius — — — 1.

Ceræ flavæ pro cereis Libræ — — — 106.

In Depositorio Rerum comestibilium.

Salis tunnæ — 67.
Succi prunorum antiqui — Dolium inchoatum

Penes Dispensatorem.

Sebi lapides — 10.
~~Calendarium~~ Candelarum Sexagenæ — 32.

Farina, pultes non computantur, quæ singulis mensibus vel hebdomadis mittuntur

Boves ad macellum destinati in pascuis Mechlini — 10.
in Dębina — 10
antiquiores ibidem — 3
Siekierciis — 4
ad calcem devehendam ibidem dati — 2
Piotrovi — 2
in Collegio laboriosi — 2.

Summa boum ad macellum — 33.

Pro his dati aurei plusquam 200.

In Granario.

Braseorum de tritico ~~cwiertni~~ — 23
de hordeo. ~~cwiertni~~ — 25
Tritici nondum præparati. — 10
Lupuli: modicum.

In villa Mechlin, vendendi necessario verveces, præter relictos; 68.
in provisiones, ita ut in singulis prædiis sunt relicti.

In Piscinis.

Piotrovi in piscina ante sacellum carpionum ad usum sexagenæ circiter 2. In aliis piscinis una fore, et aliis duabus versus granarium est sufficiens numerus carpionum minorum, qui proxime autumno transferri possunt Povarzevum, et per piscinas Piotrovi alii dispergi, ut crescant in molem majorem.

Povarzevi in piscinam majorem vulgo Staw immissæ sunt carpionum minorum sexagenæ 20 anno 1765. Ante quatuor annos in idem stagnum immissæ carpionum sexagenæ 16, et tantum sexagenæ 4 inde sunt acceptæ: proinde anno 1767 cum fiet piscatio ibidem, sperandus est justæ molis carpionum numerus sufficiens, præter lucios, corasinos, tincas, quorum ibi magnus est numerus.

Ibidem Povarzevi in piscinam vicinam stagno immissi sunt carpiones et corasini aliquot in ordine ad multiplicationem, proinde in autumno proximo debet fieri piscatio ibidem, ut ad majus stagnum transferantur inde minores pisces.

Seroniis Ex piscatione hyberna carpionum justæ molis in stagno prope Janusze wice relictæ sunt sexagenæ plusquam duæ, præter minorum aliquot sexagenas, et huiorum minorum circiter 600, præter alios pisces ut tincas, et percas.

De lacubus vulgo z Wylewow Mechlinensibus in copia possunt provideri pisces, si Procurator horum bonorum exactus fuerit, et curans commodum Collegii. Hyeme, cum glacies firma fuerit, de lacubus piscatio copiosa solet esse, dummodo tempore observetur commodum, et retia bona curentur: hæc anno currente sunt exacte reparata.

Res ad vestitum pertinentes.

In officina Vestiaria relinquuntur vestes pro Patribus paratæ — 23
pro Magistris — 4
pro Scholasticis — 12.
Insuper panni Gallici, de quo sunt Patrum vestes, remanent ulnæ aliquot.
Porlicensis ulnæ — 8
Pro Togis Scholasticorum volumen 1 totum et ulnæ — 12
Cingulorum ulnæ — 236
Kamloty in Patrum pallia volumina — 2
Tibialium paria — 58.

Præter res lineas usui jam applicatas bonas, et ad usum aptas, quas inventaria Vestiariæ exponunt, relinquuntur res sequentes novæ, ad nullum usum hactenus adhibitæ, nimirum:
Indusia nova — 99
Sindones novæ — 80
Involucra forum pulvinarium, seu poszwy — 12.
Mappæ ad mensas Refectorii — 8
Mappulæ — 72.
Mantilia majora ad lavacrum Refectorii — 5
Mantilia ad cubicula — 58
Strophia colorata ad usum Personarum — 147.
Telæ lineæ crassæ volumina — 43.
Telæ minus crassæ volumina — 14.
Insuper mantilium volumina continentia ulnas 48 singula, sunt nova — 5.
Mappularum volumina — 2.
Telæ lineæ tenuis pro collaribus volumen — 1.
Telæ dictæ cweliszek ulnæ — 14
Laneæ telæ dictæ Barkan volumen 1 et ulnæ — 32.
Telæ xilinæ, dictæ Kitay watkowy volumina 4 et frusta aliquot.
Kitay Hinski semitria volumina.

Præterea relinquuntur femoralia de coriis vitulinis — 30
Coriola vitulina in tibialia — 66
Coria bovina purgata in fulmenta calceamentorum — 6.
Coria bovina non purgata — 25
Coria vitulina in calceamenta jam purgata — 30.
Coria vitulina nondum purgata. — 32
Pelles agninæ in pelliceos purgatæ — 92
Pelles vervecinæ non purgatæ — 31.

Smegmatis grisei vas majus pro tribus mensibus, Vasis majoris quadrans pro uno mense, vas minus pro semi duobus mensibus.

In Lignis.

Relinquuntur ligna in area majore Collegii, pro usu braxatorii, culinæ, et pistoriæ: Ad fornaces cubiculorum pro hyeme in area horto minori vicina majori parte secta, nova nondum: insuper in cellariis, ubi ligna deponi solent, sunt aliquot lignorum tricubiti, et in Mechlin tricubiti semiocto quercinorum lignorum, si opus fuerit, Posnaniam devehendi.

In sylvis Plawnensibus est libera scissura lignorum Collegio ad Decembrem inclusive anni hujus concessa a Rndmo Turowski Canonico Cracoviensi et Posnaniensi, facile amplius concedetur, si postulabitur. A Rndmo hoc Prelato pro 4 quercubus relinquo assignationem.

In Officinis qualis et quæ supellex habetur, Inventaria singularum docent. In singulis renovata, vel de novo comparata sunt multa: quæ pertinent ad supellectilem Refectorii, sunt nonnulla nondum usui applicata in conservatoriis adjacentibus cubiculo RP Rectoris, ut cochlearia, cultri, vitra, orbes argillacei &.

Deposita

1. Illmæ de Czarnkowskie Radzewska Succamerariæ Posnan. depositum in parva cista penes cubiculum RP Rectoris, et aliqua mobilia penes cubiculum proximum communibus locis in contignatione hac, in qua est cubiculum RP Rectoris.

2. Illmæ de Wiśpogotis Zakrzewska Castellanæ Calissien. Benefactricis Provinciæ et Templi nostri Posnan. penes cubiculum RP Rectoris.

3. Depositum Convictûs diminutum à tribus millibus per reductionem monetæ ad 1253 fl: gr 15. de quo est mentio in Resignatione RP Prædecessoris mei sub titulo Deposita Nro 3, cessit in reparationem horti pro Convictoribus, et in materialia pro domo recreationis ædificanda in fundo Bursæ Musicorum.

4. Depositum Medzerzecen. Residentiæ, de quo in ead. Resignatione est mentio Nro 4. est redditum RP Jacobo Kilian Superiori Residentiæ ejusd. in præsentia RP Andreæ Rudzki visitantis Collegium mense Februario hujus anni.

Lites.

1. A Civitate Posnaniensi timebatur quidem lis intentanda Collegio, quæ inchoata est cum meo Prædecessore in Judiciis Curiæ Regni ratione lapidearum scholis adjectarum, ut in priori Resignatione sub titulo Lites annotatum est; cæterum nec Varsaviæ in dictis Regiis Judiciis, nec Posnaniæ in Judiciis Capitanealibus, vulgo na Jurydyce, cui præsens Illmus Mniszech Mareschalcus Curiæ Regni Generalis Majoris Poloniæ Præfectus cum jurisdictione præest, nihil contra Collegium tentatum est, et ego cum nihil controversiæ moveret Civitas, accelerari fabricam Scholarum, et per Dei gratiam ad intra prope perfectam relinquo.

2. Mei Koszutscy anno præsenti citârunt Collegium pro Judiciis Terr. Posnan. quo jure possidet Bona Dąbrowa. Citatio hæc posita est in bonis Piotrowo, ejusq. Relatio recognita est coram Actis Terr. Posn., sed inscriptio non procurata, quare nec causa attentata. Si fortè prædicti Mei Koszutscy inscriptionem procurabunt et causam hanc in Judiciis istis promovebunt, nihil lucrari poterunt. Tum ob malè positam Citationem, citatio enim in illis bonis poni debet, ad quæ jus aliquod prætenditur, cum itaq. Mei Koszutscy ad Bona Dąbrowa jus quodpiam habere se autumant, Citationem in bonis hisce Dąbrowa ponendam curare debuerunt. Quare in causa sua terminum non habent. Tum ex eo nihil lucrari poterunt in Judiciis Terr. Posn.; quia Bona Dąbrowa consistunt in Districtu Pyzdrensi Palatinatu Calissiensi, adeoq. in causa sua forum non habent in Judiciis Terr. Posnanien. Nec illis suffragari poterit Laudum Sredense, quo incolis Districtuum Palatinatûs Calissien. vicinorum Posnaniæ permissum est, ut causas suas Posnaniæ promovere possint; Laudum enim hoc loquitur de solis Judiciis Castren. nulla mentione facta Judiciorum Terrestrium. Casu quo si ad Judicia Terr. Calissien. in Pyzdry agitanda citaret eo in negotio Collegium à prædictis Mis Koszutskie, Collegium quoq. pro evictione adcitare debebit Successores Dobryccianos, videlicet Mum Ignatium Dobrycki Judicidam Gren. Calissien., Mam Victoriam de Dobryckie Stokowska in assistentia mariti sui Mi Joannis Stokowski Vexil. Calisi ... Mam Julianta de Dobryckie Mycielska itid. in assistentia mariti sui Mi

Joannis Mycielski Capitanei Ospicen., uti Successores Fundatorum Collegii; ab illorum enim Antecessoribus bona hæc jure hæreditario quæsivit Collegium.

3. Quia Mei Trzemperynscy Possessores Bonorum Kiszewa et Kiszewka ab anno 1753 non persolvunt censum Collegio à summa 1500 fl. in hisce Bonis per Mum Droski 1600 anno inscripta Collegio Posn., ideo data est illis Citatio pro Judiciis Gren. Posn. anno 1765 et super disparentibus obtenta est Condemnatio anno eodem. Loco peragendæ executionis data est illis rursus Citatio anno præsenti pro eisdem Judiciis, cujus Citationis Relatio cum copia ejusd. est apud D Procuratorem Causarum.

4. Mus Thaddæus Korytowski Venator Posn. Bonorum Komorniki et Byliny hæres limites Bonorum suorum Byliny meditatur extendere usq. ad monticulum vicinum Bonis Wydrzierzewice Collegii hæreditariis, eoq. fine in hoc monticulo, ac si scopulo angulari horum suorum bonorum per subditum suum imponere curavit lagenam parvam cum Evangelio S. Joannis: ne hoc suo factô jus suum prætensum firmaret, facta est monticuli hujus et lagenæ Visio juridica, et in Castro Posnaniensi Relatio illius per Ministerialem Regni recognita, cujus extractum authenticum habetur in Archivo. Si fortè quid simile fieret jussu illius, facienda erit visio similis prævia manifestatione contra eundem. Idem Mus in fundamento combinationis cum anterioribus hæredibus Komorniki et Byliny ab una, et hæredibus Bonorum Nagradowice Krzyżowniki et Wydrzierzewice ad præsens hæreditariorum Collegii ab altera partibus pro pascuis jumentorum ex bonis his Collegii, exigit, ut ex omnibus his tribus villis fimus per subditos in agros suos devehatur; hæc illius prætensio injusta est. Nam devectio hæc fimi tantum de bonis Nagradowice et Krzyżowniki transactione 1635 cauta est et permissa; quare ad devectionem hanc incolæ Wydrzierzewicenses nunquam sunt inducendi.

5. Ratione prati Olesnica dicti olim ad Bona Sienowice Collegii, nunc ad Bona Sowarzewo ejusd. Collegii pertinentis, cujus aliquam quantitatem in usu habent coloni de Bonis Szewce Illmi Capituli Posn. hæreditariis possessioni verò Illmi Kierski Suffraganei Posnan. subjectis facta est controversia, quantitas hæc prædicti prati Bonorum Szewce in latum (cum de longitudine non sit controversia) quomodo extendatur? Controversia hæc ne in litem odiosam cum Capitulo et Illmo Suffraganeo excresceret, facta est anno præsenti compositio verbalis, ut lapides, qui sunt majores in prato hoc et per ordinem in aliqua distantia positi pro termino prati ad Bona Szewce habeantur, donec meliora et certiora documenta partes producant.

6. Vi Juris præsentandi Canonicum Collegiatæ Posn. BMV in Summo transfusi Collegio Posnan. olim juridicè à p.d. RP Starkowiecki, cui Canonicatui alligata est villa cum Colonis, post mortem Rdmi Cebrowski, qui ex præsentatione RP Stephani Szaniecki tunc Rectoris Collegii Canonicatum hunc olim obtinuit, præsentatus est 1763 ex consilio PP Consultorum RRD Drzewiecki Parochus Choynicen., et cum hic institutionem sui in Officio Consistoriali distulerit, donec retentionem Beneficii Curati in Choynica obtinuisset Româ, ab Illmo Kierski Suffraganeo Posn. Secretario Regni Varsaviæ promotus quidam R. D Kierski ab Illmo Nuncio Apostolico obtinuit præsentationem hôc titulô, quod RRD Cebrowski Prædecessor in Mense Pontificio sit defunctus, adeoq. præsentatio ad Sedem Apostolicam pertineat. Cæterum sinistra fuit informatio Apostolici Nuncii; nam Laicalis præsentatio, qualis est originativè præsens nostra, in nullo casu spectat ad Sedem Apostolicam. Contra hoc factum facta est Manifestatio, cæterum lis non est promota ad Judicia Spiritualia,

quia ad Sacræ Nunciaturæ Tribunal evocaretur certo Collegium, et justus erat metus, ne præjudicium majus decerneretur per Sententiam latam ex seriis controversiis.

7. Compositio circa Missalia spectantia ad Præpositum Ecclesiæ in Szrem de villa Mechlin facta per R.P. Antecessorem meum ut firmaretur, et robur perenne haberet, curavi approbationem Celsissimi Ordinarii Loci. Ista compositio cum approbatione inserta est Actis Consistorii Posnan: die 27 Februarii 1762 tum Historiæ Collegii anno eodem, et per extractum habetur in Archivo.

8. Alteram compositionem feci circa Missalia pertinentia ad Ecclesiam Parochialem Pluszynensem de villa Piotrowo et Sortibus in Pluszyna et Daszewice Juris Collegii, per quam antiqua controversia à multis retro annis circa decimam sopita, compositio hæc cum approbatione Celsissimi Loci Ordinarii obtenta inserta est pariter Actis Consistorii Posnan: 1766 die 8 Julii, tum Historiæ Collegii.

9. De Summa locata apud infideles Judæos Provinciæ Majoris Poloniæ (dicuntur vulgo Palatinales Terrestres) de summa, in quam Collegii ~~[illegible]~~ 10500 f.p. Templi f.p. 2500 Bursæ Musicorum 1500 f.p. adcitatum fuerat Collegium ad Commissionem Generalem Thesauri Regni Varsaviam, quatenus produceret jura originalia. Per P. Procuratorem Causarum Varsaviæ producta jura ad summas has, tulitque Sententiam Commissio ut in Anno 1768 levet Collegium summas originales Calissii numerandas, provisiones recipiat Fâ 2da post festo S. Joannis Baptistæ, jamque hôc annô concernentem quantitatem summæ ~~et~~ provisionis recepit Collegium.

10. Stante regimine R.P. Josephi Domaradzki anno 1757 facta est Complanatio cum Synagoga Posnaniensi, contractusque obligatorius et ipsa obligatio juridica cisne laniorum per Synagogam hancce recognita est Provinciæ Majoris Poloniæ, tum variis Collegiis ac Residentiis nec non Templis ac Congregationibus ejusdem Provinciæ in Summis eodem contractu ac Inscriptione obligatoria expressis, vigore cujus contractûs Synagoga prædicta tenebatur per 5 à quovis cento singulis annis persolvere, quæ provisio sic composita efficiebat summam 11949 fl. poll. gross. 4 annuatim pendendam. Et quoniam anno 1764 die 4 Augusti Judæi Posnanienses paucis exceptis per conflagrationem in domis mercibus insigne detrimentum subierunt, pluresque per alias civitates dispersi sunt, summam supra condictam Synagoga ad exsolvendum cùm insufficiens esset, et per annum integrum nihil contribueret pro re Collegiorum; prævia Consultatione 1765 24 Julii composui cum eadem Synagoga, ut per annos duos, videlicet annum 1766, et 1767 (qui finitur pro festo Natalis S. Joannis Baptistæ) à quolibet centos per tres fl. Poll. persolvant; post exspirationem horum annorum duorum ut summam 11949 f.p. et gross. 4. tum retentas provisiones juxta obloquentiam Contractus obligatorii 1757 initi et Actis Grod. Posn. 1758 Fâ 2da post Dnicam Ramis Palmarum Quadragesimalem roborati annuatim pendant. Ad majus adhuc levamen eidem Synagogæ faciendum provisio integra unius anni post conflagrationem illi est condonata. Combinatio hæc originalis hæret in manibus P. Ministri, Documenta verò 1757, et 1758 sunt in Archivo Collegii.

11. Lis est Collegio cum Medereciensi Residentia ratione librorum ab Illmo Tolibowski Episcopo Posnaniensi Fundatore Residentiæ prædictæ datorum eidem: quorum magna pars reddita est illi, sunt tamen bene multi in Bibliotheca Collegii Posn. Hos quidem jussit reddi Residentiæ A.R.P.N. Retz, interim judico ad sinistram informationem factum id fuisse;

cùm dicti libri juridicè cassata plenè fundatione Tolibowiana per Nostros, et reddita ex mente Patris Nostri Pauli Oliva in manus Successorum, dicti omnes, inquam libri donati sunt Collegio Posnaniensi a Successoribus rehabentibus fundationem dictam, ut certum est ex Actis Castri Posnan: juridicis et Historia Collegii. Nova autem longè post facta Residentiæ Medereci fundatio Zembicciana impertinens ad primam.

12. Litem cùm R.P. Superior Valcensis Andreas Kegell novam 1766 attentavit Collegio ratione (ut ille annotavit) debitorum à Collegio Posnan: Residentiæ huic 7730 f.p. 11 gr. debitorum inquam ab annis 146. Fundamenta hujus debiti conscripta reddidit in Visitatione Valcensis Residentiæ R.P. Andreæ Rudzki tum Provinciali, à quo mihi missa relinquo inter Memorialia: informationem quoque hanc circa hoc debitum relinquo.
Ex memoriali Collegio relicti anno 1655 sub nro 4to constat, 1mo quis modus hujus debiti liquidi olim exstinguendi decretus fuerit à R.P. Jerzykowicz Provinciali Poloniæ.
2do Constat ex Memoriali anno 1659 die 8 Novembris relicto sub nro 11 à R.P. Jerzykowicz eodem, quòd jam solum prætendebantur 3730 f. à Collegio Posnan: debita Residentiæ, ut scilicet R.P. Collegii Rector expressè designet parem summam apud Creditores Collegii repetendam per Residentiam. Unde colliguntur 4000 f. jam transfusa Residentiæ à Collegio.
3tio constat ex Memoriali anno 1664 nro 1 relicto à R.P. Martino Olszewski tum Provinciali, quòd æquivalenter summæ debito à Collegio Posnaniensi avulsæ cesserint Residentiæ Valcensi, quæ summæ non recensentur jam amplius inter summas Collegii in Resignationibus Officii Rectoris. Nec supponi debet, quòd Superiores Residentiæ Valcensis ab anno 1664, quo ultimum decretum determinavit modum exstinctionis debiti quoad obolum, tam segnes et incurii fuerint rerum suarum, ut neglexerint repetitionem evidentis debiti, reliquerintque futuro post sæculum et amplius laudato Superiori vindicationem illius. Insuper Videnda Resignatio prima in hoc libro anni 1645. ad finem primæ faciei 2. Videnda Resignatio R.P. Ossowski 1655. Sub titulo debita Collegii antiqua 3 Resignatio R.P. Stupski 1657. et annotatio ad marginem paginæ.

De Summis pecuniariis, quæ recentius accesserunt.

1. Summa 20000 fl. in rem Missionariorum S.J. de pœnitentia designatorum huic Collegio applicatorum, quæ licet ante meum regimen sit data, quia in priore Resignatione est omissa, hic exponitur. Summa hæc data est à P.M.D. Andrea Conrado Postomski tunc Notario Castrensi Posnan: modò Succamerario Marieburgensi, locata in bonis Dlugie et aliis P.M.D. Nierychowski Succamerarii Wschovensis ex provisione annua per 5 a cento. Inscriptio in bonis prædictis Summæ hujus facta est a P.M.D. Nierychowski in Actis Castri Posnan: 1760 Fâ 2da post Festum Exaltationis S. Crucis. Ab hac summa provisionem in rem Missionariorum prædictus Mus Nierychowski pro anno uno debet, et vix speranda est, multis enim debitis facultates suas prægravat, quare censeo, ut illi tempestivè detur Citatio ad exsolvendam hanc summam unà cum provisionibus, metuendum enim, ne eo adhuc superstite Potioritas in Bonis illius à Creditoribus procuretur.

2. Summa pariter omissa in Resignatione superiore, quæ accessit Collegio, hæc coalescit ex duabus distinctis locatis in oppido Zduny in Curia Permanica. 1ma est 5000 Tynf: facit 6333 fl. Pol. gr. 10. locata ~~[illegible]~~ 1757 die 9 Augusti. 2da 3000 f.p. locata ibidem 1 Febr 1758 et census ab his per 5 à quovis cento pertinet ad ærarium Colle-

gii, ut provideatur PP. Missionariis, cùm veniunt ad Collegium. Præter has summas locatæ sunt X Febr. 1758 in eadem curia hujus oppidi Aliæ duæ: Ima pro Bibliotheca 4000 f.p. altera X000 f.p. quæ est Templi. Documenta pro his omnibus summis sunt penes P. Procuratorem Causarum. Documenta hæc cùm sint solùm ab incolis dicti oppidi Zduny, expediret, ut per oblatam porrigantur ad Acta Castrensia. Notandum, quod consensus Hæredis oppidi Zduny Principis Sulkowski sit tantum pro 8000 f.p. nullus verò extat pro 5000 Tynf.

3. Summa X0000 pro Museo Physico Mathematico accessit 1761 die 12 Decembris. Hæc inter alias Summas Collegii Posnan. olim locata apud Synagogam Posnaniensem erat Missionis Constantinopolitanæ aggregatæ Provinciæ Minoris Poloniæ, et Provincia Poloniæ ab eadem percipiebat censum, expediebatq in Missionarium. Post divisionem Provinciæ alia summa ex beneficio Illmæ de Potocciis Rzewuska Palatinæ Volhyniæ est numerata Provinciæ Minoris Poloniæ, estq Quietatio in Archivo Provinciæ. Summa verò X0000 f.p. hærens in Synagoga Posn. applicata est Museo Posnaniensi cum approbatione A.R.P. Nostri; Facultas hæc est inscripta libro Rationum Musæi ab initio et libro Memorialium sub Anno 1761.

4. Summa accessit 30000 f.p. à P. Josepho Rogalinski ex sorte sui patrimonii data, scilicet X0000 f.p. in manus meas sunt reddita, quæ cum approbatione Romana juxta mentem laudati P. Josephi Rogalinski expensa in observatorium Astronomicum, et adornationem Musæi Physico Mathematici: 20000 f.p. locata in Bonis Radzewo P.M.D. Rogalinski Præfecti Naclen. et Obornicen. Germani Fratris ejusq Patris ad censum per 5 à cento. Inscriptio facta Posnaniæ in Castro 1763. Census integrè redditus ter ad annum 1766 pro festo S. Joannis Baptistæ. Notandum, quod statuit A.R.P. Noster, ut P. Josepho Rogalinski medietas istius censûs à Summa 20m singulis annis ad vitæ suæ tempora cedat per modum eleemosynæ in privatos illius usus. Pro hujus summæ dispositione facultas est posita à principio libri Rationum Musæi, et inscripta libro Responsorum Romanorum, quia ita est præscriptum.

5. Ab Illma Marianna de Wyssogoty Zakrzewska Castellana Calissiensi in manus meas in varia moneta data sunt Anno 1762 primo 28000 f.p. in rem Residentiæ Wschovensis, ut in annum designatis festis ter mittat duos Sacerdotes ad oppidum ejus hæreditarium Sarnowa pro excolendo populo concionibus, cathechesibus, et excipiendis Confessionibus locataq fuit à me Summa hæc anno 1762 Fª. bta S. Jacobi Apli in bonis Turwia hæreditariis Illmi nunc Castellani Medereceno Stanislai Chlapowski: huic summæ 28000 successivè addidit eadq Illma Zakrzewska 2000 f.p. quæ effecerunt Summam 30000 f.p. in Anno 1765 Summa hæc 28000 f.p. ex bonis Turwia levata est, et cum his 2000 f.p. quibus Residentia ipsa adhuc superaddit 4000 f.p. Summa hæc conflata 34000 f.p. locata est in bonis Chalawy et Srotdry cum attinentiis hæreditariis Mi Zakrzewski Superintendentis telonionum Thesauri Regni jure obligatorio Anno 1765 Fª. 4ta ante Fm. S. Margarethæ V.M. proventum annuum ab hac Summa habet Residentia per fl. 6 à quovis cento. Documenta omnia ad hanc Summam habentur apud P. Procuratorem Causarum Collegii Posnan.

6. A Mco Dno Andrea Porczynski (qui rogavit, ne ulli externo imò et nostris reveletur ejus beneficium) data sunt in manus meas 20000 f.p. in varia moneta, quæ indilatè voluit elocari, ipseq fundum locationis designavit, videlicet apud eundem Mum Zakrzewski Superintendentem, qui Summam hanc 20000 f.p. in bonis suis hæreditariis Piotrowo et Rogaczewo jure obligatorio Residentiæ Medericensi tum contractu obligatorio Anno hoc 1766 Fª. 6ta pt Fm. S. Joannis Baptistæ inscripsit. Contractus obligatorius eorundem Bonorum est initus In vigilia Festi Natalis S. Joannis Baptistæ anno eodem. Documenta ad hanc Summam sunt apud P. Procuratorem Causarum Collegii.

7. Summa aureorum mille ab Illma Ludovica de Skalawskie Kaminska Palatina Calissiensi (quæ posuit, ne ullus externus sciat se dedisse istam summam) data ultimis diebus Augusti anno præsenti pro Residentia Wschovensi in auctionem fundationis, quam à me elocandam postulavit, illamq elocavi apud MD Zakrzewski Superintendentem Thesauri Regni, qui eam super Bonis suis Chalawy et Srotdry cum attinentiis coram Actis Grenz Posn. Fª. 5ta pt Fm. S. Bartholomei Apli inscripsit cum pendenda provisione per 6 aureos in specie à quovis cento, provisio hæc efficit summam 60 aureorum anno quovis. Obligationem nullam imposuit, posuit solùm, ut duo Sacerdotes de Residentia Wschoven. singulis annis veniant ante festum Paschatis pro 2 septimanis ad villam Wilkowo ibiq populum per Catecheses, conciones instruant, et confessiones excipiant Residentiæ sumptu sustentandi.

8. Eadq Illma Palatina Calissien. dedit in manus meas 500 aureos pariter elocandos, quos simul cum summa superiore elocavi apud eund. Mum Zakrzewski, qui illos super Bonis suis prædictis Chalawy et Srotdry cum attinentiis Actis eodq ut supra in Cro. Posn. inscripsit cum obligatione similis provisionis per 6 aureos à quovis cento annuatim pendenda, videlicet a Summa integra 30 aureos in specie: qui in suffragium Animarum Francisci et Hedvigis Skalawskich Castell: Sacrensq Parentum Ejusq Illmæ cedent, quamdiu illa vivet, jam verò post seram ejus fata in anniversarium ejusq Illmæ Palatinæ. Hujus censq hanc voluit esse dispositionem: ut singulis hebdomadis fiant 2 sacra, et Capellano denq aur: 6. Die anniversaria Nostri PP. celebrant, et PP. dicant Coronas dent urq Collegio ℟ 7. Officium defunctorum 4 ordines cantent, sacra celebrent, denturq singulis f.p. 30 faciunt f.p. 120. insuper fl. 60 cedant in sacra à variis Presbyteris dicenda. Templo pro apparatu funebri, lumine cedant ℟ 7. Hanc mentem suam Illma Benefactrix constanter voluit servari.

Reparatio tam intra quàm extra Collegium.

Aquæ ductus per plateam ante januam Collegii, et deinde sub turri, ac per aream Collegii novus factus ex integro cum puteo novo de quercu in eadem jore area Collegii, et vivario piscium tecto cum tribus distinctis pro piscibus conservatoriis, à quibus canalis de ligno structus, ut per eum aqua ad Communia loca defluat.

Similis puteus in area rustica factus cum canali lapide strato ad defluxum aquæ, tum à puteo, tum à stabulis vicinis et molendino.

Cellæ subterraneæ sub curritorio infimo et cubiculis P. Præfecti Typi ac aliis sequentibus, à ruderibus et terra expurgatæ cum aperta janua, quæ est in eodem curritorio constructis gradibus pro conservatione olerum, et fructuum hortensium hyeme.

Infirmaria cum Sacello ex opposito apothecæ adornata sumptu Apothecæ cum lectis, scamnis, mensis, fornace &.

In area majore Collegii canales instrati lapide, remotiq à muris, ne hi inficiantur humiditate: via ad portam lapidibus strata, arboribusq fructiferis in quatuor lineis circumposita, simili modo à curridorio culinæ ad portam horti via lapide strata cum canali ad defluxum aquæ.

In area rustica nova officina constructa, quæ habet hypocaustum pro familia, officinam ferrifabrilem, Macellum cum suo conservatorio, et haram pro porcis saginandis: officina hæc tecta imbricibus testaceis.

Molendinum reparatum pro braseis, novus lapis comparatus, parietes novi, et totum tectum novum datum, imbricibus testaceis tectum, cum stabulo vicino pro equis hospitum.

Stabulum novum pro bobus saginandis, nondum tectum imbricibus, qui proxime afferentur de oppido Mosina, mille emitur fl. pol. 60.

In Officina pro siccandis braseis fornax in ruinam inclinata, reparata.

Typographia ad aream rusticam translata, dilatata cum superioribus 2 cubiculis, et amplo loco pro bibliotheca Typographica, atrio cripta subterranea, et depositorio amplissimo pro papyro et aliis utensilibus conservandis usui hujus officinæ applicatis, reparatis autem sumptu Typographiæ.

Supra sacristiam unum amplum antiquum cubiculum divisum in duo, clausa concamerationibus latericiis, etiam curritorium vicinum Templo nova de lateribus concameratione munitum ab igne: tectum superius supra Sacristiam novum cum canalibus cupreis impositum sumptu Templi in artifices, sumptu Collegii in lateres et cæmentum.

Penes Officinam vestiariam clausum est curritorium muro, ibiq designatus locus conservandis rebus Vestiariæ ad usum pertinentibus, vicinum cubiculum designatum in dormitorium Sartorum.

Cubiculum secundum à locis communibus in duo divisum pro commodo Personarum.

In Bibliotheca annis superioribus adornata data sunt omnia armaria, inferiora 8 ex antiquis in longum et latum reformata, alia 8 nova addita cum omnibus ornamentis, deauratione pictura. Superiora Armaria præter 4 reformata et ampliata, alia 10 de novo addita, præterea cubicula in tta contignatione bibliothecæ adjuncta cum armariis novis, unum pro libris prohibitis, alterum pro manuscriptis et libris antiquioribus. Libri, qui novi accesserunt, partim donô dati à P.P. Ubermanowicz Bieganski et Przmperzynski, partim comparati, annotati sunt in Rationibus Bibliothecæ.

Museum novum ex integro cum picturis armariis sumptu P. Josephi Rogalinski adornatum rebus ex Galliis ut plurimum missis à P. Przmperzynski.

Observatorium cum gradibus exstructum ex integro, ambulacrum circa observatorium debebit tegi ex integro plumbo, cum instratum laminis ferreis non avertit stillicidia intus deflua.

Hortus vicinus Collegio novis ex integro sepimentis clausus cum ponte tecto supra fossam urbis: in medio illius ædificium duarum contignationum pro commodo recreationis, solarium vulgo szopa profusu lapidum, alterum ædificium pro conservandis herbis noviter erecta sunt: insuper area distincta pro lignis ad calefaciendo cubicula.

Hortus major plenè devastatus excisus in arboribus fructiferis ad minimum bis mille, ubi vacuus à Xenodochio Moschorum est relictus, primo fossis clausus, successive pars sepimentorum à septemtrione posita, ædificio antiquo novum tectum impositum: huic oppositum ædificium à R.P. Antecessore erectum ad conservationem herbarum vulgo Oranzeria sub invasione Moschorum integrè devastatum mutatum in officinam pro hortulano, ibi extat hypocaustum, atrium, et conservatorium, vulgo Komora, positum, tectumq plenè perfectum.

Officina laterum tota de novo erecta, una ad formandos lateres, altera ad coquendos igne. Officinam autem pro paranda calce in pago Siekierki sumptu Collegii erexi, ubi materia calcis copiosa reperitur, dum modo C. Procurator loci illius non sit pervicax.

Domus Fabricæ pro Magistro laterum reparata, et hypocausta conducticia.

Piscina ultima vicina officinæ lotoriæ expurgata, ut contineat aquam limpidam pro purganda supellectili linea.

Domus pro lotore supellectilis lineæ, cùm carie videatur consumpta, sæpius reparata in tecto et parietibus, et cùm inclinata valde sit ad ruinam, novam cœpi ædificare: illius trabes, fundamenta, et alia constructioni domûs servientia conspectui patent in area, multa desiderantur, sunt tamen procuranda, ut ante hyemem hæc officina habitationi, et usui lotoris sit apta, aream interim curavi circumcingi.

Aream Bursæ Musicorum curavi sepimentis claudi à platea publica sumptu Convictûs Nobilium ex summa 1253 fl. gr. 15 datorum olim ante reductionem in fl. 3000. In hac area potest domus recreationis pro Convictoribus construi cum horto, domo, area, piscina juxta delineationem relictam P. Regenti Convictûs.

Scholas cœptas à R.P. Prædecessore meo ampliari, non plenè intus perfectas relinquo in eo statu, ut subsunt oculis spectantium, spero perficiendas proximo Septembri.

Onera et obligationes Collegii.

1. Ordinaria pensio Provinciæ pro Anno 1766, item pro P. Procuratore Causarum Varsaviensi est persoluta, ac in subsidium Lusitanorum provisa eleemosyna, ut liber quietationum qui est penes P. Ministrum, docet.
2. Pro P. Procuratore Causarum Petricoviensi ad annum 1764 plenè satisfactum R.P. Rudzki tunc Rectori Collegii Petricov: ab hoc anno nihil debet Collegium contribuere, cùm Tribunal translatum sit Posnaniam proxime, nec amplius Palatinatûs Posn. et Calissien. ibidem judicantur causæ, consequenter nec Collegii Posnan.
3. Juxta combinationem factam 1743 die 28 Maji inter R.P. Mathiam Przanowski tunc Rectorem Collegii ac Civitatem Posnan. debet Collegium solvere Civitati censum fundi, seu terragii: id est à duabus lapideis, in quibus nunc est Convictus Nobilium, et ab una lapidea in scholas conversa fl. 36, à lapidea Pogorzelskich fl. 12, à lapidea Rybskich fl. 12, à fundis septem conversis in hortum minorem vicinum Collegio fl. 21, à fundo, in quo est lotoria et aliæ domus t fabricæ et Bursæ fl. 15, à tribus fundis in angulo jonis horti sitis, nunc horto jori aggregatis, cum domus ibidem erectæ sunt dirutæ per Moschos, fl. 9. hos fundos possidet Collegium. Summa terragii fuit fl. 105. Juxta combinationem attactam immediatè debebat Collegium insuper solvere pro lapidea Residentiæ Valcens. quæ nunc vendita est uni ex Civibus Posnan. fl. 6. et repetere hos fl. 6. à Residentiâ: præterea à fundo Bursæ, qui situs est in villa dicta Winiary, contigua suburbio S. Adalberti tenebatur solvere fl. 6, de quo fundo ab annis circiter 6 controversia est cum Civitate, nec quidquam fructificat Bursæ Musicorum. Insuper à fundo Collegii sito ad finem suburbii S. Martini circa columnam muratam inter viam Podrisienq et Mesereceng debet solvere fl. 3. hunc fundum quis possidet? à quo habet contractum? C. Emptor Collegii et P. Procurator non potuit ad notitiam venire. Unde à prioribus duobus fundis nihil amplius debet Collegium, et tertium ad finem Suburbii S. Martini diligenter P. Procurator Collegii investigare debet.

Hunc censum terragii ut certiorem Ci-

vitas habeat à Collegio, in Curia sua Posnan. habet summam 2000 f.p. Collegii locatam, à qua provisionem per 6 à cento in Fro Posn. die 9 Aug 1753 inscripsit Collegio: R.P. verò Chomentowski tum Rector Collegii Anno et die eadem bonificationem, si et inquantum Collegium non solveret Terragium, ex dicto censu fl 120 a Summa præfata 2000 f.p. permisit Civitati. Conventionis hujus die et anno ut supra facta est Roboratio in Actis Castri Posn.

4 Ab aqua ductu duplici, tum in aream Collegii jorem, tum ad braxatorium, et inde ad culinam et puteum novum areæ rusticæ, solvit Collegium Civitati fl. 70 juxta contractum initum à R.P. Domaradzki cum Civitate Anno 1757 die 29 Januarii, præcente dando trium Ordinum Civitatis anno eodem. Documenta hæc habentur in Archivo.

5 Familiæ Collegii universæ juxta contractus ad ultimam Augusti anni 1766 salaria sunt soluta, aliquibus famulis ultra. Famulis horti joris, prædiorum Curatores solvere tenentur.

6 A lapideis omnibus census Ecclesiastici persoluti, quorum solvendorum fuit terminus ante ultimam Augusti.

7 Decimæ Ecclesiis ex bonis Curatores pagorum persolvunt pro festo S. Martini. Notandum facta est compositio ratione decimæ ex villa Piotrowo et Sortibus in Szluszyna et Daszewice pendendæ ad Ecclesiam Szluszynens., ut habetur sub titulo dites No 8. Licet quidem in illa statuti sunt 12 correti vulgo cwiertnie tam siliginis quam avenæ dandi, cæterum Perillris Skrzebowski modernus Ecclesiæ hujus Præpositus appromisit contentum se fore ad vitæ suæ tempora corretis 10, et ita anno præterito recepit.

8 Capitalis Contributio in Septembri, altera in Martio ex bonis juxta præscripta antiqua solvitur, ex qua Contributione ex bonis Seriorecensibus solet aliqua resta pertinere ad ærarium Collegii in solutionem dolii Cerevisiæ, quod solet dari Officiali militari pro Quietatione Bonorum de persoluta Contributione prædicta. Contributio Hyberna de Bonis Collegii semel in anno circa festum S. Martini solvitur, aut A.R.D. Izaowski Notario Capituli Posnan., aut Officiali Militari Posnaniam pro illa recipienda supervenienti. Videnda Informatio in manuscripto libello circa hasce Contributiones.

9 Pro candelis dari solitis Personis festo Purificationis Bmæ, et in funeribus Nostrorum, cùm Cadaver exportatur ad Templum, tum cùm Nostri ordinantur, nihil Collegium solvere Templo debet ex Conventione, quæ exponitur in Resignatione officii Præfecti Templi à P. Carolo Rychlowski sub titulo Debita No 4. Ubi hæc habentur. Ex antiquis debitis Collegio à Templo manserunt penes Templum 3000 f.p. cum obligatione, ut abhinc pro funeribus Nostrorum, pro cereis distribui solitis festo Purificationis, pro candelis ab ordinandis Nostris nihil pendat Collegium.

10. Szrodæ ad Ecclesiam Collegiatam exstat Sacellum Posromscianum, quod Illmus Hieronimus Posromski Palatinus Posnan. cum Bona Piotrowo cum sortibus in Daszewice et Stuszyna resignasset Collegio, curæ Collegii commisit, cum obligatione solvendorum Capellano dicti Sacelli pro Missis necnon aliis necessitatibus anno quovis florenorum 110, item,

ut Collegium Sacellum hoc reparet, fram in casu, si ex fundamentis rueret, illud reparare seu potius exstruere nullam obligationem habet Collegium, ut edisserit Resignatio hæc, quæ habetur in Archivo.) est illud tectum laminâ cupreâ. ego ad illud præsentavi Officio Consistoriali A.R.D. Stablewski, et facta reparatione, necessaria ad Sacrificium Missæ subministravi, ut apparatum videlicet casulas varii coloris, Albas, Missale et alia, quorum Elenchus habetur. In sepulchro dicti Sacelli nullus sepeliri debet absq. facultate Rectoris Collegii

11 Mense Februario p. aabq Andrea Bulakowski et Victoria Radzewska Succam Posn. in Anniversario PP. nostri Sacra et PP. dicunt: Personæ tractantur omnes in Refectorio.

12 In 10bri pro aâ Anna Bulakowska Pocill. Posn. in anniversario PP. Sacra PP. Floremas dicunt et tractans in Refectorio: in hunc finem a 3500 censu Collegium recipit. 13 In 10bri p. aâ Francisco Radzewski anniversarium celebrat. Videat. No 11 in Titulo de Summis elocatis. 14. In Julio anniversarium celebrandum p. aabq Francisci et Hedvigis Videat. No 8vus in Titulo De Summis, quæ recentiq accesserunt.

Status Habitualis Collegii

Aluit Collegium his gubernii mei annis: 1761 uno mense, et

1762	Personas - - - - -	83.
1763	Personas - - - - -	84.
1764	Personas - - - - -	85
1765	Personas - - - - -	86
1766	per 8 menses Personas - - - -	86.

Proventus Collegii ordinarius est 1mo ex bonis, quorum curam habeant Procuratores villarum.

2do ex fundis sitis tam intra, quàm extra Urbem, quorum curam habere debet P. Procurator Domûs.

3tio Ex summis elocatis ad census stabiles, quorum censuum curam habet P. Minister Collegii, quà Præfectus Summarum.

De Bonis administrari solitis à Procuratoribus.

1. Sunt Bona Seriorcensia, hæc continent tria prædia: in Seriorki, in Bielawy, et in Dębina.

Ad prædium in Seriorki spectant villæ: Seriorki, Piekary, Słupia. Status illorum hoc tempore utcunq. ressorcsit multum attritus, vix non consumptus per militem Rossiacum et Prussicum, Coloni juxta proportionem agrorum omnes provisi armentis excolunt agros juxta antiquam dispositionem, persolvunt labores pro prædiis. Numerum colonorum, armentorum, totiusq. populi subditi exponunt Inventaria villarum ultimis Decembris 1765 conscripta.

Ad prædium Bielawy spectant villæ Zembko et Januszewice, de quibus idem dicendum quod supra.

Ad prædium Dębina spectant villæ Krzeszkowice et Korle, et aliquot subditi ad prædium Dębina locati. Hæc bona ad afflictissimum statum per militem Moschum adducta, cum totus exercitus 80m et amplius una nocte et die illa plenè devastaverit; sed per Dei gratiam è cineribus resurgunt, et fructum reddunt.

2o. Bona Siekiercensia Hæc continent 4 prædia: 1 in villa Siekierki; 2. in villa Powarzewo, 3 in villa Wydrzierzewice, 4 in villa Nagradowice.

Ad prædium in Siekierki ex duabus villis, videlicet joribus et noribus Siekierki labores præstant coloni. Post clades acceptas à milite exotico Deus afflixit bona hæc

fortuito igne, quo plus quàm media villa consumpta est cum domo Oeconomi intra prædii septa, Deus propitius avertit flammam voracē à Templo et aula. Domus villanorum de novo ædificatæ, ut dicetur infra, omnes subditi instructi armentis excolunt agros sibi attributos, labores persolvunt prædio.

Ad prædium in Powarzewo spectat idem pagus et villa Sienowice, ubi coloni omnes reperiuntur, et in statu non malo totus est pagus, et agri exculti tam prædiales, quàm colonorum fructum reddunt.

Prædium Wydrzierzewice soli coloni Wydrzierzewicenses excolunt.

Prædium Nagradowice excolunt coloni de Nagradowice, et ex sorte Collegii Kryżowniki. hujus prædii agri excoluntur instructi fossis, vulgo rowami ad defluxum aquæ, quæ fossæ in hoc pago in planitie acclivi sito, ac aquæ obnoxio maximè sunt necessariæ, ac constanter à Procuratoribus reparandæ. Subditi omnes habent armenta, et labores exercent, ut consvetudo antiqua prescribit.

3 Bona Mechlinensia 4 habent prædia: in Mechlin, in Luciny, in Dąbrowa et Kaleie. Singulorum pagorum coloni suis prædiis labores impendunt, agros prædiorum et suos excolunt provisi armentis. Ad villam Dąbrowo pertinet Kołowo, in quo solum est molendinum in Varta fluvio, Domus molitoris et taberna propinatoria cerevisiæ. agros solum excolit molitor sibi attributos, et tabernator, à quibus certum quantum solvit Procuratori. Insuper est taberna recens constructa in loco Topiatka dicto, oppido Srem vicino ad viam publicam. Tabernator vi censûs solvit fl: 200.

4 Bona Piotrowo cum duabus sortibus, una in Danewice, altera in Pluszyna. Prædium unum est in Piotrowo, quot habet colonos villa hæc! inventaria separata docent. Agri omnes excoluntur, coloni et prædium armentis provisum.

Proventus ex bonis, quæ administrantur à Procuratoribus pagorum annotantur distinctè in Resignatione Officii Rectoris à R.P. Adriano Miaskowski A.o 1706 die 6 Aug: sub titulo Status habitualis. Item in libello manu scripto, cujus exemplar 1. est in cubiculo R.P. Rectoris, alterum penes Procuratorem in Siekierki; 3tium in Zeriorki: ibidem ex ordinatione R.P. Provincialis tunc Ioannis Hermanni anno 1744, 2da Januarii connotatio est proventuum ex pagis mitti solitorum tam in pecunia ad ærarium Collegii, quàm in rebus ad culinam, ad braxatorium, ad stabulum, ad vacationes, ibiq omnia onera, obligationes pagorum, et modus reddendarum rationum prescribitur: ibidem est annotatio provisionum mensuarum et hebdomadariarum, quæ aucto numerô Personarum Collegii successivè auctæ sunt, ut constat ex rationibus Collegii sub singulis mensibus.

Insuper anno 1755 § 11 Augusti, ut habetur in eo q citato manuscripto ad calcem libelli manu R.P. Josephi Domaradzki annotatum constitutum est; ut singuli 4 Procuratores in singulos anni quadrantes dent unum porcum anniculum, ut habeatur in culina lardum non nimis vetustum. Nimirum Curator in Piotrowo 1mo Trimestri ab Augusto inchoato, Curator de Siekierki altero trimestri; Zeriorcensis 3tio, 4to Mechlinensis, iisdemq trimestribus 4 singuli 4 Procuratores debent dare orysimi vulgo tatarki 5 bimodios seu 5 ćwiertni pro pultibus minutis in Piotrowo parandis

In singulis his bonis quot sunt coloni, quibus provisi armentis, ad quales,

et quot dierum labores obligati, quot et qualia sunt armenta laboriosa et non laboriosa, qualis et quanta familia, quanta et qualis expensa in rem familiarem prædiorum! docent inventaria singulorum prædiorum dari solita ad recognoscendum in singulis visitationibus Collegii R.do Provinciali.

Hoc quinquennio prope regiminis mei quæ facta est reparatio in bonis his! exponitur

1 In Zeriorcensibus ab anno 1762, Novum sacellum è fundamentis erectum intus perficitur. Horrea in parietibus et tectis reparata: et Residentia nostris reparata intus et extra.

In Bonis Dębina Molendinum pro braseis de integro reparatum. Domus Oeconomi et horrea sepimentis novis per circuitum areæ munita, casa rustica una ædificata ad propinationem apta. Duæ domus novæ pro colonis in villa Krerskowice. Per pagos quæ reparanda erant, sunt reparata: sed præcipuè ad omnia hæc tria prædia cùm nullus bos, nulla vacca, ne vitulus quidem à clade communi per hanc Provinciam manserit, cùm regimen suscepi, nunc per DEI gratiam tam in laboriosis bobq, quam in prolificantibus vaccis, cum vitulis in Zeriorki numerantur capita 68, in Bielawy 47, in Dębina 75. Similiter coloni sunt provisi armentis comparatis tum sumptu suo, tum Procuratoris.

Ovium equorum aliorumq numerus et species exponitur in Inventariis pagorum.

2 In bonis Siekierki reparatio ab anno 1762. Præter Templum recens tegulis tectum, et ab injuriis pluviæ in parietibus per asseres circumcirca munitum, novum prædium erectum in loco consumpti incendiô, cum stabulis, officina cremati, puteo. Item ovile reparatis novis subductis quercinis fundamentis vulgo przyciesi. Ibidem septem domus pro colonis et una domus pro propinatore cerevisiæ cum stabulis rusticis de novo erectæ, et sepimenta nova circa aulam data. Ibiq sumptu Collegii Officina pro calce coquenda cum solario et fornace exstructa.

In Powarzewo Duæ rusticæ domus ædificatæ incoluntur, et puteus novus ante tabernam propinatoriam.

In Wydrzierzewice Domus Oeconomi à fundamentis nova cum conservatoriis, præterea horreum jus et braxatorium reparatum. Novæ duæ domus pro Kmethone et altero colono ~~nova~~ exstructæ.

In Nagradowice Duæ domus, in Kryżowniki una de novo erectæ.

In his pariter notabiliter auctus est numerus armentorum post cladem generalem; nam boum vaccarum vitulorum numerantur in Siekierki capita 46. in Powarzewo 61 in Wydrzierzewice 52 in Nagradowice 58.

Ovium equorum et aliorum numerum exponunt Inventaria.

3 In Bonis Mechlinensibus reparatio ab anno 1762. Molendinum in fluvio Varta reparatum à fundamentis, novo lapide superiori et molari rota magna, tecto novo, et parietes novis asseribus contra pluviam obducti.

Domus propinatoria in Tractu Posnanię ad oppidum Srem vicina in loco Topiatka dicto cum 2 hypocaustis, 2 magnis stabulis de novo ex integro constructa cum omnibus necessariis ad excipiendos hospites: pro pecoribus tabernarii stabula nova, pro frumento horreum novum. Solvit hic annui census fl: 200.

Mechlini domus Oeconomi reparata, datum tectum novum, stabula pro pecoribus reformata, area tota prædii novis sepimentis circumducta. Ibidem duæ rusticæ casæ reparatæ.

In Dąbrowa Domus pro colono nova structa, stabula pro pecoribus et ovile à fundamentis reparatum.

In Luciny Domus pro Oeconomo nova in locum ante duos annos igne consumptæ, ibidem diversorium novo tecto provisum, et ovile reparatum.

In Zalcie nova stabula pro pecoribus constructa, et conservatorium pro curribus, vulgo Wozownia.
In pagis coloni omnes provisi armentis ordinariis, laboribus ad excolendos agros sufficiunt.
et predia post cladem publicam pecoris numerant tantum in bobus, vaccis, vitulis Mechlini capita 47, in Dąbrowa 26, in Luciny 17, in Zalcie 11.
Ovium equorum et aliorum numerum exponent pariter Inventaria loci.

4 In Bonis Piotrowo reparatio ab anno 1762. Piscina una jor, et nores sex expurgatæ sumptu non modico, ad tres data sunt nova cataracta, et sepimenta ad tres nova.
Granarium reparatum, ab aditu datum pinnaculum novum et tectum: similiter in domo Oeconomi ac Procuratoris, pars una stabulorum pro pecoribus ex integro nova. Taberna tam in Piotrowo, quam Darzewice reparata solide. Molendinum dictum Kopalaquatius habet rotam novam aquaticam et novum lapidem jorem molarem. In pratis vero horrea ad defluxum aque fossæ eruta
Armenta in predio tantum sunt 32 ob parva pascua. Reliquorum est annotatio in Inventario.

De Fundis sitis intra et extra Urbem in suburbiis

Intra Urbem sunt Fundi sequentes.

1 Lapidea Plesnieviciana ad latus Templi nostri sita, elocata Perillri Virgini Raczynska ad censum annuum fl: 200 juxta contractum. Ex hac lapidea tenetur Collegium ad persolvendos census annuatim fl: 55 juxta separatam annotationem in libello Quietationum cui et quando.

2. Lapidea Rybskich dicta in platea Vratislaviensi sita, elocata Illmæ de Wyssogota Zakrzewska Castellanæ Calissiensi ad censum annuum fl: 300. est contractus.
Altera pars hujus lapideæ protenditur in plateam Svietoslaviensem dictam, quam incolunt Musici Templi nostri. Ex ambabus hujus lapideæ partibus tenetur Collegium ad persolvendos annuatim census fl. Pol: 69 juxta annotationem in libello Quietationum. et Terragium Civitati.

3 Lapidea Pogorzelskich penes fundum vacuum in platea Svietoslaviensi elocata Perillri Virgini Eleonoræ Krzycka in censu annuo fl: 200 Obligationes preter Terragium nullæ, quia summa Templi nostri in hac lapidea olim locata, levata est 1750 in Junio per P. Prefectum Templi. Videndæ rationes Templi in Ao 1750 sub mense Junio.

4 Lapidea Zacciana scholis incorporata. Obligationes nullæ.

5 Lapideas Domiechovscianam et ~~Zacciana~~ Kiersciana incolunt Convictores. Ex Domiechovsciana obligationes nullæ. Ex Kiersciana vero olim Swarzowsdicta immediate ad lapideam Monialium S. Benedicti sita solvitur census fl: 6, anno 1756 adjudicatus Templo Lovecensi S. Spiritus

6 Lapidea olim Kintroviana, nunc Mcæ Josephæ Dobrzycka Viduæ. In hac lapidea harent fl: 1500 Templi fl: 300. ab his solvit census per 5, solutusque est pro anno 1766.

7 Inter Bursam Musicorum et lapideam Pogorzelskich est fundus duarum olim minorum lapidearum Kierskich Collegio plene transfusus, a ruderibus et fimo a me expurgatus, sepimentis clausus, usui ad interim Convictus Nobilium permissus. Notandum penes lapideam Pogorzelskich in fundo dicto Kierskich vicinus lanio Philippus adificavit stabulum pro bobus, hoc diruere debet. 2do quod Nobilis Dnus

Piotrowicz Advocatus Civitatis et Consistorii, cujus est lapidea penes lapideam juris nostri dictam Rybskich in platea Vratislaviensi partem fundi nostri occupavit in longum et forte in latum, insuper fenestram aperuit directe in fundum nostrum. Conveni illum amicabiliter, ad primum respondit, cum Collegium ducet parietem, ipse suum vult diruere, et expensas providere in communem parietem duarum lapidearum. Ad 2dum respondit: Ubi voluerit Collegium in dicto fundo vacuo aliquod adificium construere, ipse libenter permittet obstrui à se apertam fenestram.

Addo 1mo, quod ubi est lapidea pro Musicis, et fundus illi vicinus vacuus, de quo supra, et lapidea Pogorzelskich, adificari debet Convictus Nobilium, cujus plantam respective ad hunc locum relinquo approbatam ab A. R. P. Nostro.

Addo 2do. Inter Templum nostrum et lapideam vicinam dictam Plesniewiczowska est plateola parva clausa foribus ferreis, cujus conservationem, expurgationem curare debet Collegium ex antiqua conventione cum Civitate, ut per illam fiat defluxus aque ex plateis aliis et à Canali, qui est penes murum Civitatis, ad quem scilicet Typographia cum aliis officinis ad canalem de muro extructum ductum per aream rusticam Collegii.

1 Extra Urbem 1mo Hortus minor vicinus Collegio, ex quo accessus per pontem novum, tectum ex integro reparatus, sepimentis clausus, ut dictum supra.
Huic horto domus est contigua ad plateam dictam Zaski, illius unum hypocaustum incolit pictor Joannes Moręcki, solvit ex contractu in annum fl: 30 indiget in tecto reparatione: alterum hypocaustum incolit Simon Błażeiewski Sutor debet dare fl: 30.

2. Hortus major plene devastatus, ex parte restauratus, nam multæ arbores de novo consitæ ager ad fructum excolitur, ex tribus partibus utcunque fossis et aggere munitus, à via publica sepimento clausus: Continet in se domum amplam pro recreatione nostrorum, cui, ne magis devastaretur de tegulis ligneis novum tectum imposui, cellaria ibidem sunt optima. Ex opposito hujus adificii extat domus nova pro hortulano cum stabulo novo pro bobus. Antiqua domus pro hortulano eget reparatione.
Hortus hic totus conseminatus variis oleribus tum pro usu culinæ, tum ad distractionem: gramen bis in annum colligitur pro equis Collegii et bobus. In eodem horto sunt piscinæ plene devastatæ preter ultimam, quam, ut supra expositum, curavi purgari ut aqua limpidior haberetur ad officinam lotoriam, in illa piscina habentur tincæ minores. Ad angulum à meridie horti est lotoria officina carie et vetustate consumpta, ex eo novum adificium pro alia officina inchoatum relinquo in area Collegii transferendum ad locum destinatum, quem sepimentis novis cingi à platea publica curavi; reliqua perficienda relinquo.
In contiguitate Officinæ lotoriæ officinam unam pro coctione laterum, alteram pro formandis lateribus adificavi. Huic contigua domus à possessore empta juxta contractum separatum (est hic penes P. Ministrum) debet solvere fl: 6 pro festo S. Martini.
In ipso angulo est domus Fabricæ. 1mum illius hypocaustum incolit braxator Collegii, et pendit in annum fl: 16. 2dum hypocaustum Antonius braxatoris adjutor, solvit etiam fl: 16. 3tium Joannes Munkarius, hic solvere debet fl: 20.
In vicinia horti hujus majoris est fundus Bursæ Musicorum recenter sepimentis cinctus à platea publica, ut hortum aliquem habeat ibidem P. Prefectus Bursæ et Convictus, et locum recreationis pro Convictoribus, cum adificium extra erit honestum, pro quo ligna sunt excisa, et ex parte preparata in sylvis Illmæ Działyńska Palatinæ Calissiensis devehenda successive Posnaniam.

3 Ad finem suburbii versus Ecclesiam S. Martini est fundus Collegii antiquus, sed post ruinas a Moschis relictas inveniri non potuit, seu potius inquilinus Domus in fundo Collegii sita non vult recognoscere Collegium fundi Dominum, jure debet cogi.

Quae sunt juris Bursae Musicorum, Resignationes Praefectorum Bursae exponunt. Praeter Templum ad quas lapides sive Christianorum sive Judaeorum habet aliquid juris sive summarum inscriptiones, docent Resignationes Praefecti Templi:

De Summis olim elocatis ad censum.

1. In Synagoga Posnaniensi variis temporibus a Collegio Posn. elocata sunt usque ad annum 1757 d. 9 Novbris etiam ad 15000 elocatis in ipsa lanionum Judaica a R.P. Josepho Domaradzki tunc Rectore Collegii 109250 fl. Insuper 2000 f. Fabricae Collegii, ut constat exactionibus Fabricae Collegii sub mense 8bri 1748) quae summae omnes erant solius Collegii, nec illis annumerantur summae Templi, Bursae, et alia. R.P. Ladislaus Wietrzynski summam 40000 f.p. acceptam ab Illma Sophia de Czarnkowskie Radzewska Succamerara Posnan. ad fundum Collegii sic disposuit. Collegio Cracoviensi S. Petri exsolvit summam 26713 gr 10, et ejusdem quantitatis summam a Collegio hocce locatam olim in Synagoga Posnaniensi, ab eodem Collegio Cracoviensi in Posnaniense videlicet a R.P. Andrea Zgerski tunc Rectore 1760 d. 26 Maji per scriptum manuale ejus et sigillo Collegii S. Petri munitum (quod est in Archivo apud P. Procuratorem Causarum) transfundi obtinuit. Item Idem R.P. Wietrzynski exsolvit Collegio Petricoviensi summas 3 Templi Petricov. quae 3 summae efficiebant 14000 f.p. et pariter obtinuit 1760 die 18 Maji a R.P. Antonio Boguslawski tunc Rectore Collegii transfusionem similis summae 14000 f.p. olim locatae in Synagoga Posn. (est manualis Charta penes P. Procuratorem Causarum) Summa hae duae transfusae efficiunt summam 40713 11 10. Hinc tota summa Collegii Posn. in Synagoga Posn. locata est 149963 11 10. Pro Fabrica insuper Collegii 2000 f.p. Pro Musaeo Posnan. Physico Mathematico juxta informationem positam superius N.ro 3 sub titulo De summis pecuniariis quae recentius accesserunt, in mea Resignatione 10000 f.p. Ab his summis quis census penditur, est annotatum sub N.ro 10 titulo Lites in mea Resignatione.

2. In Synagoga Lesnensi est Collegii summa locata olim 9000 a qua solvit fl. 630. videatur Resignatio R.P. Mathiae Pranowski sub titulo: Summa Censualis apud Lesnens. Synagogam. Conventio exactior debet fieri cum Senioribus hujus Synagogae, nunc praecipue, cum summam aliam 14500 locatam in Synagogis Terrestribus Judaeorum, cujus curam habuit Synagoga Lesnensis, nunc exsolvi jussae sunt Collegio 1768.

3. Apud Judaeos Terrestres utriusque Palatinatus Provinciae Majoris Poloniae locata olim fuit a Posnan. Collegio summa 14500 f.p. in qua Collegii summa est 10500, Templi 2000, Fabricae Templi 1500 Bursae Musicorum 1500. Hujus totius summae cura fuit penes Synagogam Lesnens. quae census solvebat. Sunt documenta in Archivo. De hac summa vide sub hoc titulo N.ro 2. et sub titulo Lites in mea Resignatione N.ro 9.

4. In Synagoga Vronecensi olim locata sunt 8000 a Collegio, praeter Templi summam 10000. Ab hac summa solvit 2 rathis Synagoga fl. 400 Collegio, quia vero sub tempus Moschoviticae incursionis tribus annis nihil solvit Collegio dicta Synagoga, conventio cum illa facta, ut singulis rathis addat fl. 100 pro Collegio (proportionate, pro Templo a summa 10000 (est authographum conventionis penes P. Ministrum) restant reddendi a Synagoga fl. 700 ex retentis, ut supra dictum sub titulo: Decensibus repetendis.

5. In Civitate Posnan. locata sunt 2000 f.p. census inscriptus per fl. 6 a quovis centenario facit fl. 120. ex hoc censu expungi debent fl. 106 qui in terragium a fundis per Collegium possessis debent dari Civitati juxta supra dicta N.ro 3 sub titulo Onera Collegii reliquum a Civitate repeti debet per Collegium. Saepius petii quietationem a Civitate pro quinquennio Officii mei, sed nihil obtinui.

6. In Civitate Wschovensi locata sunt Tynf. 4000 facient fl. 5066 11 20. census ab hac summa fl. 253 11 10. hic constanter singulis annis redditur licet non circa festum S. Joannis Baptistae; ut solvi debet.

7. In Zduny locata sunt 5000 Tynf. facient fl. Pol. 6333 11 10. Ideo 3000 fl. haec summa fuit pro Missionariis Diaecesanis collecta ex eleemosynis, huic addita summa Bibliotheca Posnan. 4000 fl. Templi 1000 facit tota summa locata fl. 14333 11 10. a qua census per Oppidanos Zdunens. inscriptus est, per Sacento cum annuentia haeredis Celsmi Sulkowski solum pro 8000 fl. annuos census efficit fl. 716 11 20. ex hoc censu dantur Templo fl. 50 Bibliothecae Praefecto fl. 200. ad aerarium Collegii spectat reliquum, pro sustentandis Missionariis Diaecesanis, qui redeunt ad Collegium. Vide supra sub titulo De summis pecuniariis, quae recentius accesserunt N.ro 2.

8. In Bonis Branice inscripta summa 5000 fl. ab hac census per semiquatuor Cracovia solvitur, per quem pia sive bene notum P. Strynocki.

9. In Bonis Sapowice inscripta summa 2000 fl. ab hac per semiquatuor census solvitur. pro anno 1766 non est reditus ut supra dictum.

10. In Bonis Kiszewo summa fl. 1500 inscripta, ab hac multorum annorum census retentus est, pro illo solvendo Possessor citati sunt.

11. A summa Templi 3000 in Panigtkowo locata in anniversarium in Templo nostro in Septembri ordinarie absolvendum dantur Collegio per modum eleemosynae a P. Praefecto Templi fl. 90.

12. A Summa Congregationis Cordis JESU dantur Collegio a P. Praefecto Templi fl. 130, et ordinarie feriis 6tis Cordis JESU in Quadragesima, et feria 6ta post Octavam Corporis Xti apponitur vinum Patribus; cum multum temporis impendant in audiendis Confessionibus.

13. Summa 9000, in gen. templi dicata locata in Szoldry 1766, ex censu ab illa dantur Collegio a P. Praefecto Templi aurei in specie 7. in Anniversarium celebrandum in Julio: ac tunc PP. Sacra et FF. Coronas dicunt pro animabus Francisci et Hedvigis Chalawskie Castellanorum Praesz, post seravero fata pro Illma Ludovica de Malawskie Koźminska Palatina Calisiensi. Nostri tractantur hoc die.

Franciscus Kozminski

Michael Orlowski S.J. mp

Resignatio Officii Rectoris Posnaniensis facta à R.P. Michaële Orłowski in manus R.P. Adami Chrzanowski Annô 1771. die 5ta Martii.

Duabus partibus universa hæc Resignatio constabit. 1mâ exponetur Status habitualis, 2da Status Actualis Collegii.

Pars 1ma. De Statu Habituali Collegii.

Ad Statum Habitualem pertinent 1mò Bona Stabilia in triplici Classe: videlicet Pagi cum suis Prædiis, Domus lapideæ et materiatæ, Fundi. Singula horum descripta habentur in antecedentibus Resignationibus præsertim piæ defuncti Rdi Pris Francisci Kozminski, qui magnam partem vitæ Religiosæ in hoc Collegio transegit, atque adeo Statum illius perspectum habuit, et deniq Regimen ejusdem ad quinquennium protraxit. Nec quidquam hoc loco adjiciendum occurit, nisi circa Pagos, quod infra notabitur, ubi de litibus sermo veniet.

2do. ad Statum habitualem pertinent Summæ, ut ajunt Capitales, seu inconsumptibiles. Harum etiam descriptio habetur in antecedentibus Resignationibus. Præter memoratas ibidem unica accessit nova Summa 8000. flor: Pol: pro Fundatione Congregationis Providentiæ Divinæ nimirum Anno 1769. prædictam Summam obtulerunt duæ Personæ sciri nolentes. Una Perillustris Eleonora Krzycka, Virgo Capitanei Pelgnensis filia, obtulit aureos nummos 389. efficientes florenos 7002. Altera Magnifica Domina Ludovica de Farnovieccis Rzeszotarska vidua obtulit aureos nummos 56. efficientes florenos 1008. Utraq efficit flor: 8010. Reservatis itaq flor: 10. pro expensis introducendæ Congregationis Summa 8000^{m} eodem Anno Die 22. Septembris locata est pro Censu per 5 à 100. apud Perill: Franciscum Kwiecki Capitaneum Wschovensem: qui inscriptionem in Castro necdum fecit sed chartam adinterim manualem propria manu subscriptam et Sigillo suo munitam dedit, eademq est reposita apud Prem Procuratorem Causarum. Ab eadem Summa pro Anno 1mò terminando die 22. Septembris in Anno 1770. idem Perill: Dnus anticipando reddidit Censum circa Festum S. Joannis Bapt: flor: 396. non adjecit autem flor: 4. qui desiderantur ad integrum Censum flor: 400. debitum à Summa 8000. quæ diminutio hic et nunc tolerata est maximè propter calamitosum tempus, trahi tamen non debet in præjudicium pro futuris annis. Ex dicto Censu dandi sunt Collegio flor: 50. titulo vini apponendi pridie Concionatori Providentiæ Divinæ, item titulo vini atq etiam panis Templo a Collegio suppeditandi copiosius in Festivitatibus Providentiæ ac ad Missas à P. Præfecto conducendas. Bursæ Musicorum dandi sunt flor: 120. pro binis Vesperis ac Sacro Cantato singulis Dominicis Providentiæ necnon pro Litaniis de Providentia singulis feriis 2dis per annum canendis. Restabunt Templo flor: 230. pro lumine &c. item pro Missis tribus vel quinq post singulas Dominicas Providentiæ conducendis, offerendisq pro Sodalibus ejusdem Congregationis, atq pro Benefactoribus vivis & defunctis.

3tio ad Statum habitualem pertinent Obligationes. Hæ quoq descriptæ sunt in antecedentibus Resignationibus: neq ex illis quæpiam decessit, vel accessit nova.

Pars 2dâ. De Statu Actuali.

Ad Statum Actualem pertinent 1mò Lites. 2dò Debita. 3tio Deposita. 4to. Ærarium. 5tò Res in ulteriorem provisionem & aliæ remanendes. De singulis totidem erunt §§.

§. 1mus. De Litibus.

1mò Pendet Causa in Judiciis Terrestribus Posnanien. cum M. Dno Hectore Koszutski ratione Bonorum Dąbrowa & Kotowo, qui nihil lucrabitur, siquidem resignatio inventa, quæ desiderabatur à tempore per quod possidemus Bona hæc.

2dô Controversia occasione limitum inter Wydzierzewice Ząbki et Bylino. M. Dni Korytowski Venatz Posn. ac Mieszkowo Regalia necdum sopita.

3tio. Causa de Summa Missionis Diœcesanæ 20000. & Provisionibus ab ea retentis cum Illustri Mło Nieżychowski Succamerario Vschovensi in Judiciis pendet Terrestribus Posnę:

4tó. Cogitatur suscitari Causa occasione hospitalis Staverz siquidem quæritur quare curam illius dimisimus.

5tó. Contra Judæos Terrestres factæ Manifestationes quod à Summam non exsolverint & provisiones juxta Decretum Commissionis Varsaviensis fieri oportebat has Manifestationes & Calisii à Patre Procuratore Collegii Calissiensis & alia quæ Jus fieri exigebat.

6tó. Occasione occisionis subditi de Villa Otorowo à Custodibus Sylvarum Nostrarum pendet in Judiciis Castrensibus Posnanienę:

7mó. Obtentum Decretum 1768. Fr. 2dâ pridie Festi Sancti Francisci Conf: in Judiciis Terrestribus Vschovensibus, quo incompetens actio decreta M.M. Mierzevsciis & Potocciis intuitu hæreditatis Bonorum Siekierki minus et Tomaszki deseritur ac majoris Siekierki sortis. Decretum nihilominus ut in sex Septimanis ejsdem 9000. fl. Pol: ex rationibus positis in Decreto. Moverunt præfati Magnifici Dni ad Tribunal Regni Majoris Poloniæ, movit quoque Collegium & admissa.

8vó. Pendet lis cum Perill: M.D. Cielecka Præfecta Pudzen: occasione retente Provisionis à Summa locata in Bonis Morownica Congregationis Cordis Jesu.

9no. De Summa 132 fl. transfusa in Collegium à p.m. Vnæ Barbara Raczynska apud Judæos Posnanienę pendet in Judiciis Palatinalibus.

10mô. Civitas Nowezduny Citata pro Judiciis Calisii celebrandis quod non solvat Provisionem à Summa apud se locata.

11mo Cum Synagogo Posnanienę occasione cistæ lanionum contendendum erit Judicio.

§ 2dus.

De Debitis.

Debita quibus stringatur Collegium ad restitutionem per tempus Regiminis mei nulla sunt contracta.

Ex antiquioribus verò extinctum est debitum fl. 360. qui redditi sunt Hungaro Kozminski, ad ostensionem Syngraphæ, qua se obligavit R.P. Chomentowski Rector ad solvendum pro duobus Doliis vini Hungarici. De reddita prædicta pecunia est Quietatio in Actis Civitatensibus Fr. 2da post Festum SS. Simonis & Judæ Apostolor. scilicet 29. 8bris 1770.

Extinctum item est debitum flor. 36. Francisco Karell Clavifici de quo est Quietatio in Actis Consularibus Posnanę Fr. 6ta ante Dominicam Exaudi 1770.

Jam debita quæ in rem Collegii vindicare oportet, sunt sequentia.

Summæ Capitales cum suis Provisionibus.

1ma. In Branice flor: 5000. Provisio per semi 4. fl. 175. pro 1769. & 1770. debentur fl: 350. . . . . 350.

2da. In Sapowice fl: 2000. per semi 4. fl. 70. debentur pro Aº 1770. . . . . . 70.

3tia. In Kiszewo & Kiszewko fl: 1500. per semi 4. ab Aº 1754. inclusive ad 1767. debebantur fl: 735. (: qui ex Decreto adjudicati:) in vim eorum accepti fl: 210. & Aº 1768. fl: 72. in Summa accepti fl. 282. debentur adhuc ad Aum 1767. fl: 453. & præterea pro Aº 1768. 1769. & 1770. festo S. Joannis debentur fl: 157. g 15. In Summa debentur ab Anno 1754. ad 1770. Festo S. Joannis . . . . 610. „ 15.

4ta. In Zduny excepta Summa Templi & Bibliothecæ Summa fl: 9333. g 15. Provisio per 5. facit fl: 466. g 20. debentur pro Annis 5. scilicet pro Aº 1766. ad 1770. . . . . 2333. „ 10.

5tâ. In Civitate Posnanę Summa fl: 2000. à qua nihil Collegium percipit ex ratione Censuum à Collegio debitor quotannis.

6tâ. In Civitate Vschovensi Summa fl: 5066. g 20. debentur pro Anno 1770. . . . . 253. „ 10.

7mâ. In Synagoga Posnaniensi Summa fl: 151963. g 20. accepit Collegium in vim Rathæ 1mæ à Festo S. Joannis Bap: Aº 1770. fl: 505. g 11. sol: 2. debetur reliquum 1mæ Rathæ flor: 1000. Præterea in vim 2dæ in Decembri finitæ & 3tiæ circa diem 20. Martii hujus Anni finiendæ fl: 3010. g 25. sol: 1. . . . . 4010. „ 23. S.l.

8vâ. In Synagoga Vronensi Summa fl: 8000. per 5. debentur retenti ante conflagrationem quæ contigit 1768. debentur inquam fl: 700. alias pro primo retenti ab Annis 1761. 1762. & 1763. ac per Combinationem & submissionem datam 1764. quos per partes ad Aum 1770. propter conflagrationem non exsolvit Synagoga fl: 500. pro secundo retenti in Ratha 3. Regum

in Anno 1768. fl: 200. quos ante conflagrationem suo tempore et debuerat & poterat exsolvisse non tamen exsolvit. Solutio incipiet Festo 3. Regum Anno 1772. – – – – – – – 700.

9nâ. In Synagoga Lesnensi Summa fl: 9000. Provisio per septem post conflagrationem in Aº 1768. Hic & nunc in Anno currente solvit per medium.

10ma. Apud Judæos Terrestres Summa (: præter Templi et Bursæ:) fl: 10500. Provisio per 7. Decreto Commissoriali exdivisi Terrestres à Synagoga Lesnensi solverunt pro Annis 1765. 1766. et 1767. Debent pro Aˢ 1768. 1769 et 1770. – – – – – – – – – – 2205.

11mâ. In Lapidea Hintzow à Perill: Dobrzycka Summa fl: 1200. præter Templi fl: 800. debentur Collegio pro Annis 4. per 5. à 100. – – – – – – – – – 240.

Summa Debitorum – – – 10772 „ 28.

Item Contributionis Lancalis solvit Collegium Illustrissimo Mareschalco Majoris Poloniæ Ignatio Malczewski aureos nummos 140. Jura Cancellariæ № 2. Sum: – 2556.

Addidit Collegium ad Summam quæ exsolvebatur Perill: Dño Kobierzycki fl: 36. – – – – – – – 36.

{ Hæc Summa repetenda est à Procuratoribus pro Laneis Prædiorum, pro Laneis autem Subditorum repetenda est ab ijsdem Subditis. } Summa – – – 2592.

Item Cmᵍ Procurator Siekierscensis nil contribuit in hyemem præsentem pro lignis solet vero contribuere fl: 500. – – – – – – – – 500.

Cmᵍ Procurator Piotroviensis solvit Contributionem hybernalem pro Subditis fl: 53 gr 28. qui repetendi sunt in rem Collegii ab ijsdem Subditis. – 53. „ 28.

Summa – – 553. 28.

Summa omnium Debitor Collegio restituendor – 13918. „ 26.

§ 3tius.
De Depositis.

Unum est tantum pro Missione Fundationis piæ defuncti Serenissimi Regis Poloniæ Stanislai Leszczynski

Major quidem Summa ex Gallia apud Campsorem Vratislaviensem erat consignata: Verum iste titulo Cambii detraxit ex illa, et nonnisi ₦ 456. ½ seu flor: 8217. Collegio Posnaniensi reddidit Anno 1770. die 22. Martii. Rursus ex hac ipsa Summa dempti sunt flor: 210. gr 17. videlicet in portorium literarum circa eandem Summam Vratislaviam et Parisios aliquoties expeditarum; item in nonnulla documenta Juridica præfatam Summam concernentia, item in viam Posnania Vratislaviam pro recipienda ex Cambio eadem Summa. Ac proinde in deposito manet nonnisi Summa florenorum 8006. gr 13.

§ 4tus.
De Ærario.

Ultra Summam 30ᵐ ante aliquot annos ad fideles manus datam, et ex rationibus Collegii expunctam, quæ tamen jam est recuperata, et alibi collocata, manent in auro et in moneta 20101.

§ 5tus.
Res in ulteriorem provisionem et aliæ remanentes.

Præter illa quæ in rationibus singularum Officinarum consignantur, remanent sequentia.

Hordei tosti	Cwiertni	81.
Tritici tosti		53 ½.
Tritici pro Braseis		40.
Hordei pro Braseis		25.
Lupuli		20.
Salis vulgo Suchedniowski	Dolia	8.
Bochenskiey		1.
Succi prunarum		1.
Vini Hungarici		2 ½.
Gallici Oxessta		1.
Mulsi		7.
Mulsi pinguioris		2.
Vetustioris		1 ½.

In Aromatibus ---------------- floreni 202.
Ceræ flavæ libræ ---------------- 113.
Panni Gallici ulnæ ---------------- 20.
Relinquuntur Piotrovii vellera lanæ ---------------- 266.
Pulli equorum Collegii in Prædio Bielawy ---------------- 3.
Siliginis in Collegio ---------------- Cwiertni. 9.
Asseres servando facti crassi sesquidigitum in Villa
Gaworzewo ---------------- 115.
Crassi duos digitos ---------------- 46.
Lupus salictarius in Villa Luciny debet cedere Collegio.
Præterea in Collegio asseres residui à necessitatibus.

Michael Orłowski S.J. mp   Adamus Chrzanowski S J mp

De Lapidea Rybskich sita in platea Vratislaviensi penes macella lignea.

Lapidea hæc, an verius pars lapideæ Rybskich, (: nam pars hæc, cum parte Lapideæ, quam Musici incolunt, in platea S. Stanislai, ab antiquo faciebat unam Lapideam, uti in Transactionibus luculenter id reperias. Posteriora tandem tempora fecerunt duas ex una, hinc jam usus obtinuit, ut pars hujus lapideæ respiciens plateam Vratislaviensem vocet: Lapidea Rybskich sita in platea Vratislaviensi. Pars respiciens plateam S. Stanislai vocet: Lapidea Rybskich sita in platea S. Stanislai.

Hæc igit Lapidea in platea Vratislaviensi sita, resignata est Collegio 1695to anno, a Nobili Regina Rybska, pro Summa 400 flor. Polon. in Typhis, cum oneribus in eadem lapidea hærentibus.

1mum Onus fuit solvendorum 1000 flor. Polon. Patribus Carmelitis SSmi Corporis Xti, cum censibus retentis a ultima quietatione. et soluti sunt mille floreni iisdem. ut docet ~~[illegible]~~

ut docet Quietatio manualis de receptis ~~a Collegio praedictos~~ ~~[illegible]~~ 1695to. Est etiam Transfusio Ejusdem Summae mille flor. Polon. in Collegium per Eosdem Patres 1705to Anno.

2dum Onus 721 florenor. Polonic. ad Cantoriam Ecclesiae Posnanien. Collegiatae S. Mariae Magdalenae.

3tium Onus 200 flor. Polon. ad Hospitale Sae Crucis

4tum Onus Collegii 700 flor. Polon. NB. haec summa ut repeteretur ex tota Lapidea Rybskich decretum. nempè: tam ex parte ista quae respicit plateam Vratislaviens. quam ex illa, quae respicit plateam S. Stanislai

5tum Onus Ejusdem Collegii. 2000 flor. Polon. NB. quae Summa, ut repeteret. ex Bonis Mariti tantum, videlicet ex medietate Lapideae abrenuntiatae Decretum est. porro Rybska abrenuntiavit Bonis Mariti.

6tum Onus 100 flor. Polon. Summa haec inscripta Altari: sto Divae Mariae Magdalenae Parochialis Posn. Hi centum floreni ex tota Lapidea repetendi erant juxta Decretum Tribunalitium Potioritatis, jam in Decreto Condescensoriali adjectum ut Patres Societatis ex possessione Sua, quousq. eadem potirent. (: potiebant autem tunc possessione Lapideae sitae in platea S. Stanislai :) censum ab Eadem Summa solverent.

Noto. Fuit Transfusio 1500 flor. Polon. in Collegium a Magnifica Grudzinska. sed summa haec superans pretium Lapideae, nullo lucro nobis fuit.

Noto 2do Fuerunt etiam 200 flor. Polon. Collegii sed hi etiam pari sorti subjecti sunt. uti et PP. Dominicanorum ac aliorum.

Quòd verò sit empta annis vetantibus per Constitutiones Regni emere Domus Lapideas, non affirmo.

Noto item Occurrit adhuc de Summa 1500 flor. in Collegium a Magnifica Grudzinska transfusa, quod Successores Ejus anno 1697 resuscitarunt Litem de hac Summa, sopitam per Tribunalitia Decreta, et ex Tribunalitio Decreto per ultimatum Decretum condescensoriale, sed quî finitum hoc negotium discendum modò primùm est.

Noto. quod Lapidea haec empta est veris 1500 flor: Polon. ut constat ex historia Collegii, et Libro Resignat.

Noto Restaurata est 3000 a Perillustri M. Dna Christina Zegocka Capitanea Babimostensi, et eâ vel maxime conditione concessum Eidem jus possidendi eandem domum Lapideam ad vitae suae tempora, tum etiam quod restituerit Collegio 1500 flor. datos a Collegio pro eadem Domo Lapidea. possidebat verò hanc ab actu Contractus initi cum Collegio fere 30 annis.

9mo

Demptis obligationibus. Stetit haec Domus Lapidea Collegio Flor: Polon: 5350

In obligatione est summa Flor: 921

Census	facit — — —	6272

Ex lapidea Rybskich in Vratislav: platea Praelaturae Cantoratus ad Collegiatam S. Magdalenae à fl. 540. solvuntur annuatim — fl. 37 1,24

Item ad hospitale S. Crucis à summa fl. 150. solvunt — — — fl. 9.

Itaque in lapidea Rybskich in platea Vratislav haeret summa fl. 690. Census fl. 46 1,24.

Scienda.

1mo Sal Palatinatus Pro Collegio Nostro ex depositorio Bidgostiensi deducitur per Procuratorem Jeziorcen: illius vectura et viatico. Assignatio est procuranda od Pana Ostrowskiego Podżupka. Hoc Anno R.P. Rector Bidgostien: promisit se Procuraturum, et saltem ad Collegium suum Comportaturum.

2do Provisio quadragesimalis w Śledziach Minogach Jesiotrach Łososiach Węgorzach solonych Oliwkach Kaparach Jarynie Chropie Miodownikach et aliis Necessariis deducitur Toruniio per Procuratorem Siekierecensem illius vectura et viatico imo et Persona. Peculio Collegii.

3tio Aromata Pannus et alia necessaria tam vestiarie quam Culinae quae vilioni pretio possunt acquiri. Francofurti conducuntur Vectura Procuratoris Jeziorcensis. Collegium dat Personam aptam do sprawunku y pieniądze na expensa. Eductio haec fit vel Dominica Reminiscere vel sub tempus nundinarum festi S. Martini.

4to Pisces in Autumno deducuntur z Kobylina y Krotoszyna per Procuratorem Mechlinensem, ktory zawczasu powinien ryby zamowić y dać zadatek. Okoni niepowinien brać y bardzo mało, bo w drodze zdychają. Cebrowki trzeba wziąć około 20 cebrow, Karpiow kilka kop. y Zedwie kopy szczupaków tynfowych y droższych. Pecuniam dat R.P. Rector. Ryby wsadzają w Ogrodzie.

5to Na kupienie Wołow dają się pieniądze Procuratorom, ale nie na wszystkie razem, propter vitandum periculum majoris damni in casum Zarazy. tum propter alleviandum Onus Praediorum.

6to. Na drwa do piecow daie Procurator Jeziorecki fl. 700, Siekierecki 500. Dają zas zawczasu, zeby w zimie mogły być targowane y zadatkiem ubespieczone. Pater Ministerski hoc in negotio Consulendus est. Procurator Mechlinski swoim Kosztem powinien rzeką sprowadzić pod Poznań tyle drzewa ile trzeba do Kuchni y mielcucha y nakład do suszenia słodow. Procurator Jeziorecki y Siekierecki powinien dać Wozow Koni y ludzi do sprowadzenia od rzeki tak Kuchennego drzewa, jako tez Kwater. Ale Jeziorecki pospolicie się okupuje, zeby za niego woziły Konie Collegii

7mo. Jest w Mechlinie iedenascie sztuk iałowic juz doszłemia sposobnych y wołcow do iarzma, ktore przed dwoma laty przegnano z Piotrowa ob defectum passzy. Te trzeba rozdać na folwarki, a Stare pobrać na opas do Zabicia

8vo. Skopy które teraz są w Piotrowie na przedaż, podobno commodiy mogą być przedane przez Procuratora Mechlinskiego albo Siekiereckiego Za czym podobno trzebaby ie przegnać.

9no. Po żniwach trzeba przełowić Piotrowskie Stawki, y ryby poprzesadzać secundum opportunitatem.

10mo Zostawuie się drzewo. 1mo Na podworzu do kuchni zmiesci(?) kłka(?) ile trzeba do Nowego. 2do Do piecow dawnieyszego kwater 24, teraznieyszego kwater 130. 3tio. Browarki dawnieyszey kwater siedm. Teraznieyszey kwater 6. 4to Cztery kopy nierznitego in gratiam convictus Fistrowi(?) 5to Kilkanascie sztuk na parcie(?) Praeterea Za drzewo przedane będzie kilkadziesiąt Złotych albo więcey juxta rationes percept. et exped. Patris Mischerski(?).

11mo. Dno Poste(?) Magistro, juxta verbalem Contractum, ratione literarum dandarum accipiendarumq intra Regnu, dant quovis mense duodolia cerevisiae. Titulo Strenae eidem dat dolium et alterum Secretario. Praeterea in Vigilia Nativitatis Dni et eidem Magad(?) offert utriq aliquid de piscibus. Insuper debebam utrumq aliquoties in anno Cupore(?) Vacationum tempore invitare ad prandium.

12mo. Ex quo Civitas Posnaniensis per suum festum a Sede Aplica pro se impetratum Specialiter Colit S. Xaverium, idcirco Festo S. Xaverii nd talis(?) hospites Saeculares, sed Mansionarios(?) mensa Canonica excipiebant. WW. PP. Kral et Lamparski.

13tio. In 8bri V 9bri Procurator Jeziorensis Sistit Judaeum incolam Grodziensem cum quo a multis annis initur Contractus de Lana Ovium, quam omnes Procuratores Comportant postea Jeziorcios(?)

14to. Hoc anno propter Patres Veteranos et 4ti Anni, item propter Magistros et Theologos in Annum 3tiu(?) Theologiae prodeuntes dedi Novas vestes 40; Adeoq totidem antiquae, licet sint detritae, debuerunt redire ad Vestiariam.

15to. Quatuor praedia Mechlinensis tractus videntur omnino convertenda esse in duo. Rationes hujus inquirendae ex Procuratore tam Jeziorensi quam Mechlinensi. Quo item modo id faciendum? ab iisdem inquirendum.

16to. Dno Honorato(?) Plesniewic(?) Pisarzowi Skarbu JKMci y Rzeczypospolitey Anticipative Scribendum o prowizyą et quietatio mittenda dla Synagogi Lesczynskiey.

Proventus Annuus in pecunia.

Ex censibus a sum: capit: Ab Illma Radzewska Succamer Posn fl. 1400. Ab Illma Kwilecka Castel: Landen fl. 600. Ex Branice fl. 175. Ex Sapowice fl. 70. Ex Kiszewo fl. 52 gr 15. A Civitat Posnanien fl. 120. A Civit Vschoven Tin: 200. faciunt fl. 253 gr 10. A Synagoga Posn fl. 4948 gr 6 Sol. 2. A Synagoga Lessnen fl. 1377. gr 26. A Synag Vronecen fl. 400. A Spedali(?) Posnanien Marusscie(?) dictis fl. 18. — — 9414 27 2

Ex fundis elocatis et lapideis. Ex lapid: Plesniewiciana fl. 270. Ex lapid: Pogorzelsskich fl. 254. Ex lapid Rybsskich. fl. 240. Ex lapid Antz(?) fl. 50. Ex Domo in Gassky(?) fl. 68. Ex Domo in Nowe Grody fl. 50. Ex altera Domo ibidem fl 28 Ex lapidiola in Suburbio fl: 12 A Laysterer(?) ber(?) ex domo illius inmptu(?) in nostro fundo aedificata fl. 6. A cauponario in Topiatka ex agris et pratis fl. 200. — 1152

Ex titulo fabricae Collegii. A Synagoga Posnanien fl. 100. Ex Domo ad Laterificinam fl. 86 — — — — — 186

Ex lana Ovium bina tonsionis non potest assignari determinatum certum quantum, Spectulamen possunt ad minimum — — 6000

Ex venditione Vervecum Anni 4ti pariter non potest statui certus Numerus. Hoc anno debent venire fl circiter. fl. 1146.

Ex venditione Siliginis Jeziorciis et Piotrovii tanto Magis non potest haberi Determinatum quantum. Aliis enim Annis absolute non vendebatur, alias in parva quantitate et pretio, aliis in majori, afferebatq plura quam 2000. Siekierciis et Mechlini vix aliquid vendi potest.

Ex provisione hebdomadaria. Quavis hebdomada pro piscibus emendis dant fl. 50, in quadragesima vero fl. 100, item pro cremato fl. 4, qui dabiturus sub titulo industriae, vel venditores Piotrovii, jam vero crematum Piotrovo accipitur, corrigiturq seu przepuszcza się in Apotheca. facit hic proventus florenos circiter. — — — — — — 3162.

Ex titulo Vacationum. Procurator Jeziorensis ab aliquot Annis suaviter inductus dat in 9bri pro dolio Vini dur(?) 20 faciunt fl. 360 Item pro Aromatibus tyn: fl. 100, faciunt fl: 126 gr 20. et boves duos. Item totidem dat in Majo. Idem in Augusto dat juxta libellum fl. 100 pro vino et multo dando ad Vacationes majores Siekierciis peragi Solitas. Procurator Siekierensis in 9bri pro aromatibus dat fl. 100. et bovem. Simul. 1173. 10

Ex titulo Salis collegio suppeditandi. Procurator Jeziorensis et Siekier alternatim juxta libellum dant in quemvis mensem fl. 30. et gr 12. Notandum vero quod Salem habeat Collegium ex depositorio Bidgostien et Thrunen Palatinatus. Proventus hic est fl: 364 24.

Ex officinis. Typographia pro temporum circumstantiarum varietate sed notabiliter fructificabat Antecessoribus meis, mihi vero valde parum, inveni enim enervatam, ideoq dissimulanter egi. Spero tamen fructificaturam melius post datum meliorationi tempus. Apotheca conferebat quovis mense aureos tres, deberet plures, aliter enim Apothecarius et duo famuli ejus, providentur fornaci ligna sub tempus brumale. Charissimus Dispensator ex saginatorum à se porcorum, tum etiam rerum remanentium venditione notabiliter juvabat ærarium Collegii, ex hac enim industria omnia vasa culinæ tam ærea quam stannea reparabat renovabatq. Vanioni et Subcocis salarium providebat, imo ab emendis muriaticis Rectorem liberabat.

Ex variis titulis: A Patribus Missionariis ratione victus et habitationis in Collegio sub tempus vacationum a Missionibus fl. 200. A Congregatione Cordis JESU fl. 200.

Ex venditis in Collegio: Za cieklusß, słodziny, drozdze, resztę żyta od obroków, resztę pszenicy y jęczmienia od słodów etc. za resztę drzewa na opał kupionego in majori quantitate niz trzeba było. Etc. etc.

Ex silvis Mechlinen[sibus]: Ego vix aliquid participavi ex venditis arboribus cinerariis. Antecessores mei bene fructificabant ex venditione quercuum, a qua abstinebam nondum finita lite

---

NB. Procurator Jeziór na słody daje pszenicy ćwierć: 100. Jęczmienia ćwierć 150. Sielkierski pszenicy ćwierć: 70. Jęczmienia ćwierćmi 100. Resztę wytrąca za odpadły od siebie Mechlin

Mel vendam emendum post festum S. Bartholomæi.